EX-ARCHIVO MAJORIS-CARTVSIÆ

A-5
252 d

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE

A-5
252 d

A-5 252 d

CHARTREUSE du VAL-DIEU

Notre-Dame

(PROVINCE DE FRANCE-SUR-LOIRE)

CARTULAIRE

(N° 108 de Bibliothèque d'Alençon)

Copie faite par M. LE COMTE DE SOUANCÉ, et donnée par lui aux Archives de la Gde Chartreuse.

1226

Don par Mathilde Dame de Saint-Mard de Réno à Guillaume de la Bruyère, d'une ~~tenure~~ ~~tenure~~ ~~tenure~~ bourgeoisie, sise à Saint-Mard de Reno.

1 Ego Matildis Domina ville Sancti Medardi de Rainou, notum facio omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego dedi et concessi in elemosina Guillelmo de Brueria militi pro suo servitio, burgensiam quam Radulphus Borree tenebat de me, apud villam Sancti Medardi de Rainou liberam et immunem ab omnibus servitiis sibi et heredibus suis benigne et pacifice perpetuo possidendam. Et ne dictus Guillelmus vel heredes sui super donatione dicta molestentur in posterum, dicto Guillelmo de Brueria militi presens scriptum dedi sigilli mei munimine roboratum. Actum anno gratie M° CC° XXVI°.

(Cart. du Val-Dieu f° 1. r°. col. 1 — ch. I.
Arch. du Dep^t. de l'Orne H. 2930

1238.

Don par Eudes Teutrier et Mathilde sa femme de Saint Mars de Reno son epouse, à Saint Eloi de Montagne l'une ~~tenancière consentie avant~~ tenancière de la bourgeoisie, assis à St Med. de Reno.

II Universis presentes litteras inspecturis, Odo Teutrarius et Mathildis Domina Sancti Medardi de Rainou uxor ejus salutem in omnium salvatore. Noveritis quod nos pietatis intuitu et misericordie, cum assensu et voluntate omnium heredum nostrorum concessimus fratribus Sancti Egidii juxta Montanniam ordinis Sancte Trinitatis et captivorum, quandam burgensiam sitam in villa Sancti Medardi de Reinou, quam Radulphus Bourree de nobis tenebat, tenere et possidere de omnibus rebus ad nos et heredes nostros spectantibus quomodo dicunt in litteris quas de nobis habuit Dominus Guillelmus de Bruera miles continetur. Facimus omnia rationabilia servitia Dominorum feodi per manum nostram q̃n contigerint. Ad hoc autem tenendum firmiterque contra omnes garantizandum presentes litteras nos astrinximus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° XXX° VIII°.

(Cart. du Val-Dieu f° 1 col. 1 n° - ch. II)

juin 1251

Don par Guillaume de la Bruyère à Saint-Eloi de Montagne de quatre sous, à condition de célébrer dans l'église de l'abbaye deux services anniversaires un pour lui et l'autre pour Sedyle son épouse.

III Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Bruyera miles salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam fratribus Domini Sancti Egidii juxta Mauritaniam ordinis sancte Trinitatis et captivorum et pro anniversario meo et pro anniversario defuncte Sedyle quondam uxoris mee in ecclesia dictorum fratrum qui contingent celebrandis, quatuor solidos monete currentis quos mihi faciebat Radulphus Bourree de Sancto Medardo de Reinou super unam burgensiam sitam subter ecclesiam dicti Sancti Medardi de Reinou quam burgesiam, Mathildis domina de Sancto Medardo mihi pro meo servitio dedit libram ab omni servicio libere et quicte et pacifice in perpetuum possidendam. Et ne ego vel heredes mei in predicta elemosina aliquid possimus reclamare in posterum dictis fratribus presentes litteras dedi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° L° primo junio.

(Cart. de Val-Dieu f° 1 r° col. 2) – Ch. III

novembre 1224

Vente par Mathilde veuve de Roger de Longpont à Guillaume Isaac d'un terrain à bâtir à Saint Médard de Reno, et d'une champ près du moulin de Cougaudrai pour cinq sous et une rente de seize pièces d'or.

IV. Ego Mathildis relicta quondam domini Rogerii de Longoponte militis, notum facio omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego de assensu Gerlasii filii mei primogeniti, tradidi Guillelmo Ysaac ad feodum, censum in burgensia unam plateam quam habebam quod Sanctum Medardum sitam inter domum Johannis Ferrei et domum Gosleni Redotei et unam petiam terre quam habebam inter villam Sancti Medardi et molendinum de Cougaudreio, quæ petia terre freichum Guillelmot appellatur, dicto Guillelmo et ejus heredibus jure hereditario perpetuo possidendas mihi et meis heredibus de dicta platea in qua dictus Guillelmus domum fadict, quatuor numismos et de dicta petita terre duodecim numismos et campartum annuatim in festo Sancti Remigii persolvendo et inde dictus Guillelmus quinque solidos mihi dedit et ut idem Guillelmus de me et meis heredibus predicta libere per dictum redditum teneat in perpetuum eidem Guillelmo presentem dedi paginam sigilli mei munimine roboratam. Actum anno gratie M° CC° XX° quarto, mense novembri.

(Cart. du Val-Dieu f°. 1 r° 2e col.)-ch. IV-

Dans le courant du XIIIe siècle les seigneurs de Longpont figurent au nombre des bienfaiteurs du monastère de la Trappe.

Abandon par Mathilde dame de Saint-Mard de Réno de trois sous de rente d'un journal de terre situé de l'autre côté de Foyet, et d'un terrain soumis au droit de bourgeoisie.

Ego Mathildis domina de Sancto Medardo de Reignon, notum facio omnibus presentem paginam inspecturis quod cum Guillelmus Gaiel quondam burgensiam apud Sanctum Medardum sitam, in quam Robertus Chauvinus manet et quoddam jornale terre situm juxta chiminum per quod itur a villa Sancti Medardi apud pontem Chartrein et quandam oscham terre sitam juxta terram Odonis de Colle, que oscha vocatur oscha de Fojeto de me teneret ad feodum censum, michi septem solidos in festo Sancti Remigii et duodecim nummos in Pascha et campaginum de dictis terris annuatim exinde faciendo et idem Guillelmus de me teneret insuper feodum de Tengretis in varenna. Ego postea Girardo Gayel dicti Guillelmi filio et Isabeli uxori dicti Girardi sorori mee, ad petitionem predicti Guillelmi predicta omnia pro eorum servitio benigne concessi et heredibus eorum de me et meis heredibus jure hereditario tenenda in perpetuum sub anno redditu trium solidorum michi et meis heredibus in festo sancti Remigii pro omnibus rebus tam me et heredes meos pertinentibus solvendorum. Et ne ego vel heredes mei contra predicta unquam valeamus in futurum predicto Girardo et uxori ejus presentem dedi paginam predictam testimoniale sigilli mei munimine roboratam, nobili viro Thoma de Torgandeio milite capitali domino dicti feodi predictis omnibus benignum assensum prebente et eadem manu capiente tenenda eidem Girardo et ejus heredibus sub dicta forma sigilli sui testimonium insuper apponente. Actum anno gratie M° CC° XX° quinto, mense januario.

(Cart. du Val-Dieu, f° 1 r°, col. 2 — ch. V. Arch. du Dépt de l'Orne H. 2930)

Accord entre Robin Maignen et Marguerite son épouse d'une part, et Eremburge Le Perier et Guillaume son fils d'autre part, par lequel les premiers abandonnent aux seconds leurs droits sur une place et une maison sises à S^t Mard de Reno en échange de dix sous tournois.

VI Universis presentes litteras inspecturis, ego Robinus dictus Maignen et Margareta ux or mea notum facimus quod cum nos peteremus in foro laicali ab Eremburge Le Periere vidua et a Guillelmo ejus filio possessionem cujusdem placee in qua domus sita est et in qua manebat in villa Sancti Medardi de Reignbu in ma elemosine Sancti Medardi inter domum Guarini Le Tessier et domum defuncti Odonis Laubinel, dicentes dictam plateam pertinere de jure ad dictam Margaretam ex parte defuncti Radulphi Borre quondam patris ejus et ipsi dicent contrario nos nichil juris habere in dicta platea nec in domo. Tandem de consilio proborum hominum inter nos peritos suimus compositi super hoc in hunc modum quod nos peritus quitavimus et dimisimus dicte Eremburgi et dicto Guillelmo filio suo et eorum mandato vel quicumque vendederint totum quicquid juris nos habebamus vel habere poteramus in dicta platea et in domo ita quod nos et nostri heredes nichil de cetero poterimus reclamare et ad hoc garantizandum de nobis et de nostris heredibus eisdem Eremburge et Guillelmo ejus filio et cuicumque dictam plateam et dictam domum vendederint per fidem nostram corporaliter prestitam tenemur nos et nostros heredes obligari. In cujus rei testimonium et confirmationem ego Robinus dictus Maignen et dicta Margareta mea ux or presentes litteras dedimus sigillorum nostrorum munimine confirmatas et propter hanc pacem nos habuimus ex eisdem, decem solidos turonenses. Actum anno Domini M°CC°L° secundo mense maio.

(Cart. du Val Dieu f°. 1 r° col. 2. — ch. VI

mars 1231.

Vente par Guillaume de Courteilles et Heudeburge de Chanderon son épouse, à Robert Jozen de Toussaint-de Montagne de huit sous de rente annuelle pour quatre livres et demie, et don par les mêmes à l'hôpital fondé dans la paroisse de Saint-Ouen de Cheval de Bure sous de rente annuelle.

VII Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus de Chanderon salutem, noverit universitas vestra Guillelmum de Corteilles et Heudeburgim de Chanderon uxorem suam vendidisse octo solidos annui redditus R. decano omnium Sanctorum de Mauritania pro quatuor libris et dimidio solvendos singulis annis dicto decano vel ejus mandato in festo Sancti Andree apostoli ita quod quamcito ipsi vel heredes eorum cessabunt a solutione dicti redditus dicto termino, campum de Ruel sicut dividitur per le Ruel et a fossa de Noës et a terra Eberemburgis de Rueleria et a terra mea in qua habuit dictus decanus annuum redditum septem solidorum et quamdam petiam terre que est juxta campum de Protoir et dividitur per le Ruel et contingitur terre superius nominate. Remanebunt dicto decano vel ejus mandato in elemosina libera et quicta de omnibus rebus ad me et ad quoscumque alios spectantibus. Insuper dicti Guillelmus et uxor sua dederunt in elemosinam liberam et quietam de omnibus rebus hospitali de novo fundato in parrochia Sancti Audoeni de Tesval duos solidos annui redditus dicto hospitali in dicto festo Sancti Andree singulis annis persolvendos ita quod quamcito dicti Guillelmus et uxor sua vel heredes eorum cessabunt a solutione dictorum duorum solidorum dicto termino dictam petiam terre que est juxta campum de Protoir remanebit dicto hospitali libera et quieta de omnibus rebus et dicti Guillelmus et uxor sua jurarerunt quod dictam venditionem et dictam elemosinam sibi sub dicta forma contra omnes homines garantizabunt. Et ego dominus feodi ad instantiam dictorum Guillelmi et uxoris me concessi predictam venditionem et dictam elemosinam factas sub forma predicta.

VII. 2 et teneor eas garantizare dicto decano et dicto hospitali contra omnes. In cujus rei testimonium dedi dicto decano et dicto hospitali presentes litteras sigilli mei munimine roboratas, dictis Guillelmo et uxore sua ad majorem firmitatem sigilla sua presentibus litteris insuper apponentibus. Actum anno Dominici M°/CC° XXX1° mense martii.

(Cart. du Val Dieu f°. 2 r° col. 1) ch. VII

Don par Guillaume Taiel, Hourlurge son épouse, Girard son fils, Ysabel épouse de Girard, de Guarante sous de rente annuelle à Robert doyen de Toussaint de Montagne, sous peine de voir saisir la terre des Jengelets dans le cas où la rente ne serait pas régulièrement payée.

VIII. Universis presentes litteras inspecturis Thomas de Corgandeio miles salutem. Noverit universitas vestra Willelmum Taiel et Girardum filium ejus de assensu et voluntate uxorum suarum scilicet Hourburgis et Ysabelis et aliorum heredum suorum dedisse in elemosinam liberam et quietam de omnibus rebus, quadraginta solidos annui redditus Roberto decano omnium Sanctorum de Mauritannia ad dandum ubicumque voluerint solvendos singulis annis in duobus terminis pro equis portionibus scilicet medietatem in festo Sanctorum Jacobi et Philippi et aliam medietatem in festo omnium Sanctorum tali modo quod si defecerint ipsi vel heredes sui a solutore dicti redditus alicujus dictorum terminorum per octo dies pro defectu uniuscujusque septimane post illos octo dies posset dictus decanus vel ille cui dictum redditum dederit seisire terram de Jengeret cum pratis et aliis pertinentiis suis excepto hebergamento sicut clausura est per fossata quousque fuisset eidem decano vel illi cui dictum redditum dederit satisfactum super dicta summa pecunie et super emenda VII solidorum et dimidii pro defectu unius cujusque septimane! et si forte contingeret quod ipsi vel heredes sui essarent a solutione dicti redditus post dictos terminos per diminutionem annuum dicta terra cum prato et pertinenciis suis excepto hebergamento dicto remaneret dicto decano vel cui ipse dictum redditum contulerit. faciendo inde quidem auxilia rationabilia evenerint de duobus solidis et sex denariis turonensium quod ad dictam terram pertinebit tantum et nichil aliud faciendo et predicti Willelmus et Girardus et uxores sue predicte tactis sacrosanctis juraverunt quod predictam elemosinam sub dicta forma factam dicto decano vel cui ipse dictum redditum dederit contra omnes homines garantizabunt. et ego tanquam dominus

VIII. 2 feodi dictam denominam concessi et
eà tanquam dominus feodi dicto decano
vel cui ipse dictum redditum dederit
teneor garantizare. et avid volo heredes
meos obligari. et pro inde habuerunt
de caritate dicti decani, dicti Willelmus
et Girardus et uxores eorum triginta
libras turonensium. quod ut ratum
et inconcussum permaneat ad ins-
tantiam Willelmi et Girardi et uxorum
earum presentes litteras sigilli mei
munimine roboravi. et dicti Willelmus
et Girardus ad majorem firmitatem
sigilla sua presentibus litteris appen-
derunt. Actum anno Domini M°
CC° nicesimo octavo mense novembri.

(Cart de Val Dieu f°. 2 v°. col. 1) ch. VIII

août 1230

Ratification par Thomas de Longaudrai du don de 40 sous de rente annuelle fait a Robert Jozen de Tous-saint de Montagne, et approbation de la saisie de la terre des Sougerets, par suite du refus de payer la rente.

1x Universis presentes litteras inspecturis Thomas de Corgaudre miles salutem. Noverit universitas vestra quod cum Willelmus Taiel et Girardus filius ejus de assensu et voluntate uxorum suarum scilicet Grenburgis et Ysabelis et aliorum heredum suorum dedissent in elemosinam libram et quietam de omnibus rebus quadraginta solidos gemuri redditus Roberto decano omnium Sanctorum de Mauritannia ad dandum in elemosinam ubicumque idem decanus vellet solvendos singulis annis in duobus terminis pro equis portionibus scilicet medietatem in festo sanctorum Jacobi et Philippi et aliam medietatem in festo omnium sanctorum. tali modo quod quandocito ipsi vel heredes sui deficerent a solutione dicti redditus aliquo dictorum terminorum terrarum de Sougeres cum pratis et hebergamento et domo et aliis pertinentiis suis remanerent dicto decano vel cui ipse dictum redditum daret ad faciendam suam penitus voluntatem faciendo inde tanquam auxilia rationabilia evenerint duos solidos et dimidium turonenses et nihil aliud inde faciendo. Et dicti Willelmus et Girardus et uxores precibus tactis sacrosanctis juraverunt quod dictam elemosinam sub dicta forma factam dicto decano vel cui ipse dictum redditum dederit contra omnes hostes garantizarent et ego tanquam dominus feodi dictam elemosinam concessissem et eam tanquam dominus feodi tenerer garantizare dicto decano vel cui ipse dictum redditum dederit sub dicta forma et ad idem heredes meos obligassem; et pro inde habuissent dicti Willelmus et Girardus et uxores earum de karitate dicti decani triginta quatuor libras et dimidium turonenses. Tandem ipsi defecerunt a solutione dicti redditus dictis terminis et omnia predicta remanserunt dicto decano ad faciendam voluntatem suam faciendo inde tanquam auxilia rationabilia evenerint quod superdictum est et nihil aliud. Et dicti

IX. 2 Willelmus et Girardus et uxores eorum juraverunt quod nihil in predictis de cetero reclamabunt, Immo dicto decano vel cui ipse predicta dederit contra omnes hostes garantizabunt. Et ego dominus feodi hoc concessi et teneor predicta garantizare dicto decano vel cui ipse predicta dederit tanquam dominus feodi sub forma predicta. Et ad petitionem predictorum Willelmi et Girardi et uxorum earum dedi presentes litteras dicto decano sigilli mei munimine roboratas et dicti Willelmus et Girardus ad majorem firmitatem presentibus litteris sigilla sua appenderunt. Actum anno Domini M°CC° tricesimo mense Augusti.

(Cart du Val-Dieu f°s 2 r° et v°. col. 2 et 1.—
ch. IX

Février 1236

Accord entre Jean Martin et Jeanne d'une part et les frères de Saint-Eloi de Montagne par lequel les premiers cèdent aux seconds une pièce sis à Saint-Mard de Réno.

× Universis presentes litteras inspecturis Johannes Martin et Johanna uxor ejus salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum deberemus fratribus Sancti Eligii juxta Montilarmiam Ordinis Sancte Trinitatis et captivorum quadraginta libras turonensium persolvendas dictis fratribus a nobis vel a nostris heredibus pro spacio octo annorum videlicet centum solidos singulis quibuscumque annis in festo Sancti Remigii quoadusque universum persolvissemus debitum et jam essemus per primum terminum a solutione dictorum centum solidorum et super hoc mota est inter nos et ipsos fratres controversia bonorum virorum consilio mediante nos assensu et voluntate heredum nostrorum eisdem fratribus debimus in complementum jam dictarum quadraginta librarum quicquid hereditatis habemus in hebergamento grangie in terra et prato situm in parrochia Sancti Medardi de Regnou acquisivimus fine duelli a Petro Boilain que omnia misi in festo Sancti Remigii primo venturo dictis fratribus reddidimus decem libras usualis monete videlicet centum solidos de arreragio anni preteriti et centum solidos de termino in festo Sancti Remigii primo venturo assignato et insuper nisi fecerimus dictis fratribus infra festum Sancti Remigii jam dictum plegios sufficientes de residuo debiti videlicet triginta libras persolvendo dictis fratribus in annis et in terminis prelaxatis, remanebit absque contradictione aliqua dictis fratribus perpetuo possidenda libera et quieta ab omnibus ad nos et ad heredes nostros pertinentibus quoquo modo; Nos vero de predictis terra hebergamento et prato dictos fratres seisivimus sub predicta forma usque ad festum sancti Remigii jam permoventurum potuerunt dicti fratres arare et colere illam predictam partem dicte terre que aratris seminandis est competens, et fructus et proventus illius terre a dictis fratribus ita cultis absque contradictione aliqua nostri vel heredum nostrorum vel etiam aliorum feodi percipient dicti fratres. Si vero dictis fratribus

x. 2 satisfecerimus super permissis videlicet super dictis decem libris et insuper super plegiis tangis ad terminum pretaxatum nos vel heredes nostri in ~~cultaram~~ culturam quarellorum sig^{a} fecerint in dicta terra dicti fratres infra dictum terminum mediatem omnium proventuum sicut domini et heredes terre percipiemus mediatem ipsius seminis persolvendo, et ad predicta garantizanda fideliter firmiterque tenenda dictis fratribus bona fide sicut est superius annotatum obligavimus nos et heredes nostros per presentes litteras quas dedimus dictis fratribus sigillorum nostrorum munimine sigillatas. Actum anno domini m° cc° tricesimo sexto, mense februarii

(Cart. du Val-Dieu f° 2 v° col. 2. — ch. x)

juillet 1242

Ratification par Hugues Martin fils de Jean Martin et de Jeanne de la vente de la Borne de la Bollinière faite par ses parents aux frères de Saint-Eloi de Montagne.

XI Universis presentes litteras inspecturis, Johannes Martini et Johanna uxor sua salutem in Domino. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod cum nos vendidissemus ministro et fratribus Sancti Eligii juxta Mauritaniam bidinis Sancte Crucis dicta et captionum terram de Bolleneria et hebergamentum cum pertinentiis suis que acquisivimus a Petro Bolein per finem inter nos quinque annis elapsis et amplius pro quadraginta libris turonensium quas habuimus libram et quietam de omnibus rebus ad nos et ad heredes nostros spectantibus quoquo modo et teneremus procurare quod omnes heredes nostri dictam venditionem concederent et Hugo filius noster primogenitus nollet eam concedere. Tandem post multas altercationes dictus Hugo dictam venditionem concessit et juravit se garantizaturum dictam venditionem dictis ministro et fratribus contra omnes homines. Et nos similiter nos astrinximus juramentis corporaliter et prestitis quod dictam venditionem factam de assensu omnium aliorum heredum nostrorum dictis ministro et fratribus contra omnes hostes garantizabimus. In cujus rei testimonium dedimus dictis ministro et et fratribus presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas, dicto Hugone filio nostro in signum concessionis et garantizationis sigillum suum insuper apponente. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo secundo, mense julio.

(Cart du Val-Dieu f° 3 r° col. 1 – ch. XI)

juillet 1242

Ratification faite pardevant g. de Verbrie, bailli royal par Hugues Martin, de la vente de la
XII. terre de la Poulinière, qu'il s'était refusé de ratifier.

Universis presentes litteras inspecturis Hugo Martini filius primogenitus Johannis Martini salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum pater meus et mater mea vendidissent pro quadraginta libris turonensium ministro et fratribus Sancti Eligii juxta Hamitam iniam ordinis sancte Trinitatis et captivorum terram quam acquisierat a Petro Polain cum hebergamento de la Polemerie et pertinentiis suis et et tenerentur procurare quod ego concederem dictam venditionem dictis ministro et fratribus sicut ipsi dicebant et ego dictam venditionem nullo modo vellem concedere immo vellem eam retrahere ratione propinquitatis et instanter peterem quod ipsi eam mihi redderent pro dicta pecunia et dies inter ipsos ex una parte et me ex altera fuisset super hoc litigatum tandem post multas alterationes coram g. de Verbrie baillivo domini regis amicabilis compositio intervenit in hunc modum quod ipsi de dicta venditione eis dimittenda mecum finem fecerunt et pro ea venditione eis quittanda me dederunt quindecim libras turonensium et ego dictam venditionem eis concessi et juramento corporaliter prestito me astrinxi ad dictam venditionem dictis ministro et fratribus factam contra omnes garantizandam liberam et quietam de omnibus rebus ad me et patrem meum et matrem meam et heredes suos spectantibus quoquomodo. In cujus rei testimonium dicti dictis ministro et fratribus presentes litteras sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° XL° secundo mense julio.

(Cart. du Val. Dieu f° 3 r° c. 2. Ch. XII

novembre 1242

XIII. Universis presentes litteras inspecturis Garinus de Sancto Frogentio salutem. Noveritis quod cum ego peterem a ministro et fratribus Sancti Eligii jdata hauritamiam ordinis Sancte Trinitatis et captivorum quoddam relevium et homagium pro terra quam jam dim est acquisierat a Johanne Martini et heredibus suis jure emptoris que vocatur terra de la Polemberie de meo feodo sita in parrochia Sancti Medardi de Regneio. Tandem de consilio proborum et religiosorum virorum inter me et dictos ministrum et fratres compositum fuit in hunc modum quod ego volui et concessi quod ipsi teneant de cetero et pacifice possideant dictam terram libram et quittam ab omnibus ad me et ad heredes meos spectantibus quoquo modo ex inde pro omnibus mihi vel meis heredibus vel mandato meo annuum redditum quinque solidos monete currentis in Pentico infra octabas omnium Sanctorum apud Sanctum Medardum persolvendos ita quod mihi vel meis heredibus nihil aliud neque relevium neque equisercitium dicti minister et fratres de cetero facere tenebuntur salvis auxiliis rationabilibus aliorum carorum dominorum feodi quocienscumque de jure contigerint. Et per dictum redditum et per dicta servitia modo supradicto dictam terram dictis ministro et fratribus ego et heredes mei tenemur garantizare contra omnes et pro equisercicio et dicto relevio quatuor libras turonenses mihi dederunt dicti fratres. Ad hec autem omnia supradicta fiditer tenenda fideliterque garantizanda contra omnes bona fide, dictis hominibus et fratribus dedi presentes litteras sigilli mei munimine robodatas per quas me obligo et volo similiter omnes heredes meos per successum temporis obligari. Actum anno Domini M° CC° XL° secundo, mense novembris.

(Cart. du Val Dieu f°. 3 r° et v° col. 2 et 1)

En marge il y a : Un quadam carta cui ista

XIII. 2 ligata habetur quaedam sedilla relicta
isttius Garini confirmat et concedit hanc
compositionem pro habendo reditu
predictorum v. solidorum ad vitam
suam.

avril 1235.

XIV. Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus Tromins et Heleovissis uxor ejus salutem in Domino. Noverint universi quod nos de assensu et voluntate Bernardi primogeniti filii nostri et aliorum heredum nostrorum omnium vendidimus pro quatuor libris turonensibus quas nos habuimus bene solidos annui redditus et perpetui communis monete Carbonensis, habendos a nobis et nostris heredibus, fratribus Sancti Eligii juxta Mauritaniam ob vinis Sancte Crucis et capti-rorum infra octabas omnium sanctorum annuatim libere pacifice et quicte de rebus omnibus pertinentibus ad quoscumque sub hoc modo quod quandocito nos et heredes nostri a solutione dicti redditus ad dictum terminum defecerimus aliquin
quam nos habemus in roa don Laurenier et quicquid habemus in magno prato quod situm est apud vadum de Boubiers superius doct de Chauderon et jungitur ex una parte prato et terre Joachi Girardi et ex altera prato Bernardi de Chauderon, hec omnia predicta in quibus dictum redditum assignavimus predictis fratribus remanebunt libere et quicte de rebus omnibus spectantibus ad quoscumque ad faciendum suum quocumque modo voluerint voluntatem et perinde nos de assensu et voluntate Johannis de Chauderon capitali Domini feodi omnia servicia residuo feodi capiendo ex predictis debita quibuscumque assignavimus et retinuimus, et ad hec tenenda fideliter et garantizanda dictis fratribus sub dicta forma in perpetuum contra omnes nos et dictus Bernardus primogenitus filius noster nos astrinximus dati corporaliter juramentis et ad eadem tenenda similiter heredes nostros per presentes litteras voluimus obligari sigillorum nostrorum munimine confirmatas, quibus ad petitionem nostram Johannes dictus de Chauderon Dominus capitalis qui predicta manumpit garantizare fratribus supradictis sub forma supradicta sigillum suum apposuit ad majorem confirmationem et majus testimonium

Actum anno gratie M° CC° XXX° V° mense aprili.

(Cart du Val Dieu f°. 3 v° col. 1 et 2)

- août 1240 -

xv Universis presentes litteras inspecturis johannes de Corgaudreio miles salutem in Domino. Noverint universi quod ego pro medietaria de Donte quam ego reddideram Roberto de Tesvallo et quam dominus Gervasius de Terreriis ab eodem Roberto retinuit jure parentele quae medietaria de Donte erat de proprio maritagio quod habueram cum johanna uxore mea eidem johanne et heredibus quos ab eadem habeo, et habituus sum reddi et convertit in escambio illius medietarie medietatiam meam de Monthenon integre sicut se possidet cum suis pertinenticiis omnibus tenendam et possidendam in purum liberum et perpetuum maritagium eo modo quo predictam medietariam habebant. Hanc autem medietariam de Monthenon ego et heredes mei tenemus garantizare eidem johanne et predictis heredibus sub dicta forma tali modo quod si garantizare non vellemus vel non possemus eadem johanna et heredes predicti in manu sua capient et tam diu tenere possent quicquid redditurum ego habeo in villa Sancti Medardi de Reighon quod pro garantizatione plenius ut dictum est faciendo super predictam medietariam de Monthenon obligari donec eamdem medietariam penitus deliberaverimus nomine maritagii et reddidimus omnia dampna habuerit per defectum garantizationis nostre et in testimonium omnium predictorum ego et johannes primogenitus filius meus presentes litteras confirmavimus nostrorum munimine sigillorum. Actum anno gratie M° CC° XL° mense augusto.

(Cart du Val-Dieu f° 3 r° col. 2)

mai 1252

XVI Universis presentes litteras inspecturis Ganfridus Bernardus et Robertus fratres, filii defuncti Chebondi de Chauderon salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum nos traxissemus in causam Radulphi Galoche et movissemus contra ipsum super terreya et super hereditate quam defuncta Hodeburgis mater nostra et Willelmus de Cortelles quondam maritus ejus vendiderunt magistro Roberto de Cesdallo defuncto quondam decano Omnium Sanctorum de Mauritania et ille Radulphus e contrario se vellet excipere a nostra impetitione que retraxerat jam dudum illam hereditatem a nostra matre venditam de manibus virorum religiosorum prioris et conventus Vallis Dei qui illam hereditatem acquisierant per excambium a monachis Sancti Eligii juxta Mauritaniam quibus monachis dictus magister Robertus de Cesvallo dedit quondam in elemosina. Tandem super dicta contentione inter nos et dictum Radulphum et priorem et conventum Vallis Dei composuimus in hunc modum ita quod nos predicti fratres Ganfridus, Bernardus et Robertus totum quicquid juris habebamus et petere et habere poteramus in omni terra et in omni hereditate quam nostra mater vendidit dicto Deciano quam hereditatem totam dictus Radulphus habebat et tenebat a priore et conventu Vallis-Dei penitus dimisimus et quitavimus et dictis priori et conventui Vallis-Dei et dicto Radulpho Galoche et uxori ejus sorori nostre et eorum heredibus approbantes concedentes et confirmantes dictam venditionem quam nostra mater fecit. Ad quam venditionem et ad quam hereditatem garantizandam et deserviendam de omnibus serviciis et de omnibus relevationibus ~~reaxitiis~~ erga omnes de cetero in futurum predictis priori et conventui et Radulpho et heredibus ejus volumus nos et nostros heredes obligari sive nostra prestita corporali per presentes litteras quas in hujus rei confirmationem dedimus sigillorum nostrorum munimine confirmatas et propter

xvi. e hoc ipsi nobis debeant xv libras
solidos turonenses. Actum anno
Domini M° CC° 4° secundo mense maio.

(Cart du Val Dieu fo. 4 r° col. 1)

1242

XVII. Universis presentes litteras inspecturis Gizardus de Sauvelon salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse in puram et perpetuam elemosinam fratribus Sancti Eligii ordinis Sancte Trinitatis et captivorum quinque solidos monete currentis in Pertico annui redditus ad faciendum anniversarium meum patris mei et matris mee in ecclesia dictorum fratrum percipiendos annuatim dictis fratribus in festo Sancti Remigii in medietaria mea de Sauvelon per manum medietarii illius medietarie vel per manum illius qui possidebit dictam medietariam jure hereditario si non fuerit medietarius in eadem manens. Stat tantum quam si ille predictum reditum dicto termino non reddiderit dictis fratribus ipse dictum reditum eisdem fratribus tenebitur persolvere cum emenda. Ad hec autem tenenda fideliter fideliterque garantizanda contra omnes bona fide dedi dictis fratribus presentes litteras sigilli mei munimine roboratas per quas me obligo et meos heredes similiter obligari. Actum anno Domini M° C.C° XL° secundo.

(Cart. du Val-Dieu f°. 4 r° bal 2)

mars 1244

XVIII Universis presentes litteras inspecturis frater Nicholaus minister Sancti eligii iuxta Mauritaniam ordinis Sancte Trinitatis et captivorum et capitulum ejusdem loci salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos tradidimus et concessimus Guerino de Valle filio Girardi de Val et suis heredibus in perpetuum, totam terram nostram de Solmeria sicut se possidet et extenditur de longo et de lato cum pratis, cum pasturis cum herbergamento de Solmeria et cum omnibus aliis pertinentiis inter terram Willelmi de Abbatiis et inter terram Johannis de Hommereio in parochia Sancti Medardi de Reignon pro decem solidis annui redditus monete usualis et pro uno modio bladi annui redditus videlicet quatuor sextariis frumenti duodecim denariis minus de precio carioris, quatuor sextariis siliginis, sex denariis minus de valore carioris et quatuor sextariis avene competentis nobis reddendis annuatim a dicto Guerino et suis heredibus ad festum Sancti Remigii per quem redditum dicti modii bladi et dictorum decem solidorum nos tenemus garantizare contra omnes dictam heredilatem dicto Guerino et dictis suis heredibus in perpetuum et deservire erga omnes de omnibus aliis redditibus et serviciis omnibus pertinentibus ad quos cunque et in illo tenemento nos poterimus exercere nostram justiciam pro nostro dicto redditu quociens cunque illi nobis non satisfecerint de nostro redditu ad terminum nominatum. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum in testimonium hujus rei et confirmationem nos dedimus predicto Guerino de Val et suis heredibus presentes litteras sigilli mei munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° XL° quarto mense martio.

(Carl du Val. Dieu f° 4 v° col 1)

29 Decembre 1247

xix Universis presentes litteras inspecturis frater Randulphus minister Domus ordinis Sancte Trinitatis et captivorum de Mauritania et fratres ejusdem loci salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos communi assensu et voluntate sex libras et xv solidos turonenses annui reditus quas habebamus infra terminos fratrum de Valle-Dei Cartusiensis ordinis videlicet au Tougerez, 4 solidos turonenses, et x4 solidos quos debebat nobis Johannes miles de Buneto et xxx solidos ex una parte quos debebat nobis Ganfridus de Chanderon et frater ejus et VIII ex altera parte quos debebat nobis Willelmus Tromin et VII solidos quos debebat nobis Andreas de Larevellere et unum modium bladi tercionarii quem habebamus in masura nostra de la Bolemerie cum omni dominio et jure et fructu et usu quem habebamus et habere poteramus in predictis rebus et possessionibus sicut in cartis super hoc confectis quas predictis fratribus dedimus et tradidimus ex perpetuum habendas et possidendas plenius continetur tali modo quod fratres supradicti teneantur nobis reddere annuatim predictas VI libras et x solidos turonenses in festo Sancti Remigii et in natali Domini; ad quemlibet terminum medietatem quousque dicti fratres de Valle Dei tantumdem reddituum nobis alibi sufficienter assignaverint. Nos vero de cetero non poterimus aliquid acquirere non de ipsorum licentia infra dimidiam lengam a possessionum terminis quas obtinent sicut in eorumdem privilegiis continetur. Si vero aliquid nobis ibidem datum fuerit teneamur illud vendere infra annum si voluerint dicti fratres et illa que in presenti possidemus infra dimidiam lengam a terminis predictis concesserunt nobis supradicti fratres de Valle-Dei excepta medietaria de Bruceriis pacifice in perpetuum possidere. et in omnium predictorum testimonium sigillum nostrum cum sigillo majoris ministri de ordine Sancte Trinitatis et captivorum apposuimus huic carte. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° in festo beati Thome martyris.

(Cart. de Val-Dieu. fo 4 vo col. 2)

Decembre 1254 -

xx Universis presentes litteras inspecturis frater Herveus minister Sancti aligii juxta Mauritaniam de ordine Sancte Trinitatis salutem in Domino. Noveritis quod cum viri religiosi prior et conventus Valli Dei Cartusiensis ordinis nobis tenentur et fratribus nostris dicte domus Sancti Eligii in decem sex libratarum turonensium annui redditus ea ratione quod dimiseramus eis omnia que habebamus infra metas terminorum suorum secundum tenorem privilegiorum suorum a sede apostolica indultorum et per desuper predictas sex libras quatuor solidos nos petita de consensu predictorum fratrorum nostrorum de sancto Eligio eisdem religiosis Vallis Dei nobis facta satisfactione de predictis sex libris turonensibus et quatuor solidis annui redditus ipsis antedictas sex libras et quatuor solidos dimisimus penitus et quitavimus, ita quod non possumus eisdem religiosis Vallis Dei nec nos nec successores nostri ratione predictorum omnium aliquid petere nec in eis aliquid penitus reclamare. In cujus rei testimonium dictimus scripto dictis priori et conventui Vallis Dei de consensu et voluntate fratrum nostrorum presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° L° quarto, mense Decembre.

(Cart du Val-Dieu f° 4 r° col. 2°

Decembre 1263.

xxi Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater Garnerius minister Domus Sancti Eligii juxta Mauritaniam ordinis Sancte Trinitatis et captivorum fraterque ejusdem Domus salutem in vestro Salutari. Noveritis quod cum viri religiosi prior et conventus Vallis Dei Cartusiensis ordinis nobis tenentur annuatim persolvere unum modium bladi terciorarii videlicet quatuor sextarios frumenti et totidem siliginis et avene propter quedam medietaria que vocatur la Pollenniere sita infra metas eorumdem in parrochia Sancti Medardi de Raigno quam eisdem dimisera-mus ratione privilegiorum suorum a sede apostolica indultorum, nos vero Domus nostre utilitate diligenter compensata dictum modium bladi predictis priori et fratribus vendidimus et omnino quitavimus pro quinquaginta libris turonensibus de quibus tenemur nos pro pagatis in pecuniam numpmatam ita quod non possumus de cetero eisdem religiosis Vallis-Dei nec nos, nec successores nostri ratione predicti modii bladi, vel medietarie in posterum aliquid petere nec etiam in eisdem aliquid penitus reclamare, renuntiantes expresse in hoc facto omni exceptioni vel rei que posset obici contra presens instrumentum, super hoc traditum et confectum. In cujus rei testimonium sepe dictis priori et conventui Vallis Dei de voluntate et consensu omnium presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° LX° III° mense decembri.

(Cart des Val-Dieu f°. 5 r° f° 1)

octobre 1228

xxii. Universis presentes inspecturis litteras Thomas de Gonzaudreio miles, salutem. Noverit universitas vestra quod ego de assensu et voluntate Beatricis uxoris mee et Willelmi filii mei primogeniti et omnium aliorum meorum heredum et Gerasii de Talandris et Ermeline uxoris ejus domine feodi et heredis, vendidi Philippo de Prulayo clerico pro sexaginta libris turonensibus quas ab eo jam recepi, sexaginta solidos annui reditus honeste patrie, liberos et quictos de omnibus servitiis, exactionibus et omnibus aliis rebus ad me et heredes meos et ad quoscumque alios pertinentibus et eos assignari percipiendos annuatim in medietaria de rhea de Mosphetis tam in herbergamento quam in terris et aliis omnibus pertinentiis ejusdem medietarie. Tali modo quod si ego et heredes mei reddiderimus annuatim sexaginta dictos solidos domino Philippo vel cuicumque dictum de dicto redditum in festo Sancti Remigii pro unaquaque septimana in qua solutore dicti redditus post dictum terminum defecerimus duos solidos monete patrie pro emenda dicto Philippo vel ejus mandato reddemus sine aliquo contradicto et ita quod ego et heredes mei nihil capere poterimus de eadem medietaria nec in ea facere justiciam sive districtorem aliquam donec dictus redditus dicto Philippo vel ejus mandato cum dicta emenda integre fuerit persolutum. Hoc adjecto quod si forte contigerit me vel heredes meos cessare a solutore dicti redditus et emende per dimidii anni spacium dicta medietaria tota integra sicut est et sicut tunc temporis medietariam possidebat dictum Philippum et ejus mandatum persolvetur libere et quiete perpetuo possidenda eo modo quod quicumque erit medietaria dicte medietarie semper cum dicto Philippo et ejus mandato fidei sacramento astringetur quod nihil annuatim de fructibus ejusdem removebitur donec dicti sexaginta

XXII. 2 solidi persolventur. Ad hæc autem tenenda fideliter et seruanda et garantizanda bona fide in perpetuum contra omnes dict. Philippo et ejus mandato ego et Beatrix uxor mea et Willelmus filius meus primogenitus nos astrinximus prestitis corporaliter juramentis et ad eadem tenenda sub dicta forma heredes nostros alios volumus similiter obligari. In cujus rei testimonium presentes dedimus litteras dicto Philippo et ejus mandato sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno gratie M° CC° XXVIII° mense octobris.

(Cart. du Val-Dieu. f° 5 r° col. 2)

octobre 1228

xxiii. Ego Gervasius de Talandris et Emmelina uxor mea, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum Thomas de Corgandreio miles de assensu et voluntate Beatricis uxoris sue et Willelmi filii sui primogeniti et omnium aliorum heredum suorum vendidisset Philippo de Pulayo clerico pro sexaginta libris turonensibus, lx solidos annui redditus monete patrie usuales, libros et quictos de omnibus serviciis, exactionibus quibuscumque et omnibus aliis rebus ad ipsum et heredes suos et ad quoscumque alios pertinentibus quoquo modo et eos assignavisset percipiendos annuatim dicto Philippo et ejus mandato in medietaria sua de Mayhetis tam in hebergamento quam in terris et in omnibus aliis pertinentiis ejusdem medietarie tali modo quod si, dictus Thomas vel ejus heredes non reddiderint annuatim in festo Sancti Remigii lx solidos dictos dicto Philippo vel illi cui idem Philippus eumdem redditum conferre voluerit pro unaquaque septimana. In qua a solutore dicti redditus idem Thomas et ejus heredes post dictum defecerint terminum decem solidos communis monete de emenda reddent dicto Philippo vel ejus mandato et ita quod dictus Thomas et ejus heredes nihil in dicta medietaria capere poterunt nec aliquam justiciam seu districtorem facere donec redditus cum dicta emenda dicto Philippo vel ejus mandato fuerit integre persolutus. hoc adjuncto quod si forte contigerit dictum Thomam vel ejus heredes per dimidii anni spacium aliq defficere a solutore dicti redditus et emende predicta medietaria tota integra sicut possidet et sicut dictus Gaimmus tunc temporis ejusdem medietariam medietarie possidebat. ad dictum Philippum et ejus mandatum libere devolvetur perpetuo possidenda. Ego postea et Emmelina uxor mea dominia et heredes feodi supradicti venditorem dicto Philippo facimus, volumus, laudamus

xxiii. 2 et concessimus eidem Philippo et ejus mandato libere et benigne sub dicta forma perpetuo pacifice possidendam et predictam garantizare tenemur contra omnes homines bona fide et eadem tenenda et garantizanda sub dicta forma heredes nostros volumus similiter obligari. Preterea quisquis erit medietarius dicte medietarie cum dicto Philippo vel ejus mandato semper astringetur fidei juramento quod nichil de fructibus dicte medietarie removebitur donec dictus redditus integre persolvetur. Ut ne nos vel heredes nostri contra predicta veniamus in posterum presentes litteras ego et dicta Ermmelina uxor mea dicto Philippo et ejus mandato dedimus in testimonium hujus rei sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno ab Incarnatione Domini M° CC° XX° octavo, mense octobris.

(Cart. du Val-Dieu. f° 5 v° col. 1 et 2)

1236

XXIV. Omnibus ad quos cumque presentes littere pervenerint, Thomas de Longaunde miles, salutem. Notum vobis facio quod cum Robertus Gaidus de assensu et voluntate uxoris sue et heredum suorum vendisset domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis in elemosinam liberam et quietam de omnibus rebus ad quoscumque spectantibus totam terram et pratum quod ipse habebat de hereditate uxoris sue exepta una sextaria terre quam retinuit ad servicia faciendo, ego ad petitionem dictorum fratrum ejusdem domus vobis, laudavi et concessi donationem illam et sigilli mei testimonio confirmavi. Et insuper tres minotos terre contigue illi terre quam emerunt de me quam dominus Johannes meus frater miles dedit eis in elemosinam. Quod ut ratum sit presentem cartulam mei sigilli munimine confirmavi. Actum anno Domini M° CC° XXX VI°.

(Cart du Val. Dieu, f° 6 v° col. 1

1236

xx v. Johannes de Lergaudre miles omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Volis notum facio quod ego de assensu et voluntate uxoris mee et Johannis filii mei primogeniti pro amore Dei et devotione quam habeo ad domum Vallis Dei Cartusiensis ordinis, dedi et concessi eidem domui, fratribus, petiam terre recipientem tres minotos sementis contiguam terre quam emerunt a domino Thoma milite fratre meo, in puram et perpetuam elemosinam possidendam quam si non possem eis garantizare sicut eis fide interposita promisi, tenerer eis reddere xx solidos turonenses omni exceptione remota et etiam totum hoc quod possent probare in prefatam terram expendisse. Quod ut ratum sit presentem cartulam jam dictis fratribus tradidi mei sigilli munimine confirmatam. Anno gratie M° CC° xxx° sexto.

(Cart du Val-Dieu. f°. 6 r° col. 1)

janvier 1244

XXVI Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Thomas de Corgandreio miles, salutem in Domino. Noverint universi presentes ac posteri quod ego de assensu et voluntate Beatricis mee uxoris et omnium heredum meorum vendi et concessi monachis de Valle-Dei Cartusiensis ordinis, omne jus et dominium quod habebam et habere poteram in domo et hebergamento quam domum et quod hebergamentum Willelmus Le Rat et ejus uxor habebant et possidebant ex parte dicte uxoris ejus apud Corgandreium et tenebant de me michi facientes exinde annuatim II solidos annui reditus censuales quod hebergamentum cum dicta domo situm est dictum molendini de Corgandreio inter et inter cheminum per quod itur a domo mea de Corgandreio ad dictum molendinum et affrontat terre jornel dictis monachis quicquid juris habebam et habere poteram in dicta censiva et in dicto hebergamento et in dicta domo sit in reditibus et in omnibus aliis rebus ad me et meos heredes pertinentibus vendi et concessi habenda et possidenda in puram et perpetuam elemosinam et liberam de omnibus rebus ad me et heredes meos pertinentibus in futurum pro salute anime mee et antecessorum meorum et de caritate domus Valleis Dei dicti monachi benigniter spontanei michi dederunt L libras turonenses et de rederiantiis. ad hanc autem donationem factam garantizandam et defendendam de me et de meis heredibus successive et in perpetuum liberam ut forma dicta, ego dictus Thomas miles predictis monachis me et heredes meos obligavi ita quod ego vel heredes mei in predictis nichil de cetero poterimus reclamare. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum in testimonium hujus donationis et confirmationem presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M° CC° XL° quarto, mense januario.

(Cart. du Val-Dieu f° 6 v° col. 2)

1229

xxvii Universis presentes litteras inspecturis, Thomas de Corgandreio miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra Johannem fratrem meum de assensu et voluntate uxoris sue et omnium heredum suorum dedisse in elemosinam liberam et quietam de omnibus rebus Roberto decano, omnium Sanctorum de Mauritania ad faciendam voluntatem suam annuum redditum quadraginta solidorum currentis monete in Roiborleto, singulis annis solvendos dicto decano vel cui ipse voluerit infra octabas Sancti Remigii tali modo quod quadrato dictas Johannes vel heredes sui constabunt a solutore dicti redditus, dicto termino, campum de Jorgis et terra recipiens septem quatuor sextarios bladi juxta dictum campum in illa parte in qua maluerit dictus decanus vel ille cui dederit dictum redditum remanebit libera et quieta de omnibus rebus ad faciendam voluntatem dicti decani vel illius cui dictum redditum dederit. Et ego dominus feodi habeo tallias et servitia mea et aliorum dominorum feodi in residuo feodi quantum habebam in tota terra. Et hanc elemosinam juraverunt dicti Johannes et Johanna uxor sua se fideliter servaturos et contra omnes hostes garantizaturos et exinde habuerunt de caritate dicti decani triginta libras turonenses, et ego dominus feodi ad petitionem Johannis fratris mei et Johanne uxoris sue concessi dictam elemosinam sub dicta forma factam et presentes litteras sigilli mei munimine roborari dictis Johanne et Johanne uxore sua ad majorem firmitatem sigilla sua presentibus litteris apponentibus. Actum anno gratie M° CC° XX° nono.

(Cart. du Val. Dieu f° 7 r° col. 1)

Décembre 1247

Universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino; ego Robertus de Corgaudre cum voluerim et consenserim prior et fratribus Vallis Dei ordinis Cartusiensis quandam meam terre peciam que sita est juxta viam publicam que ducit a Sancto Thevardo ad locum qui dicitur Corgaudre pro VI solidis annui redditus et duobus denariis de censu novennibus me pro dicte terre tradicione a dictis priore et fratribus ante manum in pecunia numerata XL^a^ solidos turonenses habuisse. Et-ne ego vel heredes mei a dictis priore et fratribus ratione dicte terre usque ad VII annos aliquid petere valeamus exceptis duobus solidis quos de sexto anno adhuc deberet reperiri dictis priori et fratribus vel meas litteras sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M°CC°LX° septimo.

(Cart. du Val. Dieu f° 14 v° col. 2)

anni 1269

4v. Universis presentes litteras inspecturis Arnul-
phus dictus Sutor et Agnes ejus uxor salutem
in Domino. Noveritis quod nos de communi
nostro assensu et omnium heredum nostrorum
voluntate vendidimus et nomine venditionis
concessimus religiosis viris priori et fratribus
Domus Vallis Dei ordinis Cartusiensis pro
xL^a libris cursalis monete patrie et xx
solidis ad puturatum eorumdem fratrum
nobis integre persolutis et de quibus nos
tenemus pro plene pagatis renuntiantes in
hoc facto omni exceptioni pecunie non
tradite et in solute quicquid hereditatis
nos habebamus in parrochia Sancti Medardi
de Reignon sive in feodo Roberti de Corgan-
de armigeri sive in alio in terris, pratis
domibus pasturis et quibuscumque rebus
aliis cum suis pertinentiis cujusmodi terre
predicte tres petie sic posite et divise,
petia major est juxta stagnum de Corgan-
de que a parte superiori respicit versus
Sanctum Medardum et se affrontat terre
quondam uxoris defuncti Foliti et terre
quondam uxoris defuncti Odonis de Exclusa,
a parte unius lateris se acostat chimino
per quod itur de Sancto Medardo ad Luigniacum, a parte alterius se abotat prato ad
Bordes. Alia petia terre sita est prope do-
mum Hubertis dicti Guillin. et se affrontat
a superiori parte terre quondam Gilardi
dicti heredis de Corgandre armigeri que terra
possidetur a predictis fratribus
libere et quiete a parte vero que respicit
versus ripparium aque que dicitur Villeta
se acostat au Mont doitt ejusdem ripparie
que in uno latere acostatt ex una parte
terre Garini dicti Hubert. in altero
terre Huberti dicti Guillin superius
nominati. Tercia vero petia terre que
magis proximat villam Sancti Medardi
se acostat a superiori parte terre Chome
de Orsitiis; ab inferiori parte terre quon-
dam uxoris predicte predicti defuncti Odo-
nis de Exclusa que a latere uno se

4v. 2 continuat terre Blesie La Coconeyre.
ab altero terre predicti Thome de Brositiis; item vendidimus et tradidimus
predictis priori et fratribus quartam partem
predicti prati in Bordes cum domo
sita in dicta prima petia terre cum
suis pertinentiis que abutat ex una parte
dicto chimino per quod itur de Longadre
ad Sanctum Medardum, ex alia, predicto
prato stagni de Longadre. Vendidimus ita
hec omnia supradicta et tradidimus
tenenda et habenda predictis fratribus
et eorum successoribus libere et quiete
et jure emptionis sue hereditarie et perhen-
naliter pacifice possidenda. Ego quidem
predictus Bernulphus et ego Agnes
uxor spontanea non coacta nec vi
nec dolo ad hoc inducta, super sacrosancta
juravimus quod in predictis rebus ven-
ditis nichil de cetero reclamabimus ra-
tione dotis seu dotalicii sive quacumque
alia ratione nec faciemus per aliquem
reclamare. quia nos tranbtulimus in
ipsos fratres emptores et adhuc transfe-
rimus per traditionem presentis instrumenti
omne jus, et dominium proprie-
tatem, possessionem, que omnia nos in
predictis rebus venditis habebamus et
habere poteramus quacumque ratione sive
causa. Tenemus et omnia supradicta
defendere contra omnes predictis fratribus
et garantizare secundum usus et consue-
tudines patrie salvis serviciis superio-
rum dominorum qui de jure debentur.
Ad hec autem omnia et singula supradicta
garantizanda et tenenda firmiter et fide-
liter observanda in perpetuum predictis
priori et fratribus ac eorum successoribus
ego predictus Bernulphus et ego Agnes
ejus uxor obligamus nos et heredes nos-
tros universos et singulos et quoscumque
nostros successores per presentes litteras
quas eisdem fratribus contulimus in
sigillis nostris sigillatas. Actum
anno Dñi gratie M°. CC°. L X°. IX°. mense
aprilis.

(Cart. de Val Dieu. f° 15 r° col. 1)

Decembre 1269

LVI Universis presentes litteras inspecturis Robertus de Corgaudre armiger, salutem in Domino. Noverit tis quod cum Arnulphus dictus Sutor, venti- dissett prioriet fratribus Valeis Dei Cartusiensis ordinis precio xl^li^ librarum quicquid hereditatis habebat in parochia Sancti Medardi de Reignou sive in meo feodo sive in alio in terris, pra- tis et pasturis et domibus et quibuscumque rebus aliis cum suis pertinentiis et cum contentio nista fuisset inter dictum Robertum ex una parte et dictum Arnulphum ex altera super hoc videlicet quod ego petebam solagium sive formagium mihi reddi de quodam herberga- mento, quod fuit defuncti Roineti et de domibus dicti hebergamenti quod hebergamen- tum situm est in quadam petia terre dictarum emptionum que sita est juxta stagnum de Corgaudre. Tandem virorum- prudentium mediante consilio super dicta contentione inter nos fuit pactus pacis tali- ter ordinatum videlicet quod ego dictus Ro- bertus dictas rentas dictarum emptionum quas ad presens petebam pro quadraginta solidis turonensibus quos Arnulphus dictus mihi dedit et quas recepi in denariis num- matis; quitavi penitus et dimisi ad imper- petuum solagium sive formagium dicti hebergamenti ita quod omnes manentes in domibus dicti hebergamenti ab omni sola- gio sive formagio erunt de cetero et in futu- rum liberi et immunes et ne ego dictus Robertus, vel mei heredes seu quicumque mei successores exigere seu petere valeamus solagium sive formagium ab quibuscumque de ce- tero in futurum manentibus in dicto heberga- mento seu in domibus dicti hebergamenti quod quitavi penitus et dimisi pro dicto priori et fra- tribus Valeis-Dei presentes dedi litteras in sigillo meo sigillatas per quas ad hec omnia et singula supradicta tenenda firmiter ac fideliter observanda in perpetuum me et meos heredes seu successores universos et singulares obligo et appono et volo penitus obligari. Da- tum anno gratie M° CC° LX° nono, mense decembris.

(Cart. de Val Dieu f° 15 2° col. 2)

avril 1270

4 VII. Universis presentes litteras inspecturis, Robertus de Corgaudre, armiger et Johanna ejus uxor salutem in Domino Noveritis quod nos de communi nostro assensu et omnium heredum nostrorum voluntate vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro XX IIII libris turonensibus quas integre habuimus et recepimus in denariis numeratis et de quibus nos tenemus penitus pro pagatis renuntiantes in hoc facto omni exceptioni pecunie non tradite et non solute hec omnia que requiuntur viginti solidos annui redditus cursalis monete patrie quitos et liberos ab omnibus quos Odo Sechon et sui heredes debebant nobis percipiendos super herbergamento quod fuit defuncti Thome de Corgaudre quod est juxta molendinum de Corgaudre et super quadam petia terre que sita est juxta planchiam dicti herbergamenti quod herbergamentum et que petia terre opponuntur et obligantur ad deserviendum dictos XX solidos reditus quitos et liberos de omnibus serviciis et redibenciis in futurum et pariter VII solidos annui reditus quos dictus prior et fratres debebunt nobis in festo Sancti Remigii annuatim super quadam petia terre que vocatur la Beilerice. Et pariter quartam partem totius illius prati quod vocatur pratum au Bordais cum omni jure quod nos in dicta quarta parte dicti prati habebamus et habere poterimus, et pariter tres solidos et IX denarios annui reditus quos ipsi prior et fratres debebant super hereditate illa quam ipsi acquisierunt de Arnulpho dicto Sutore in nostro feodo in festo Sancti Remigii annuatim et pariter omne illud campartagium quod nos habebamus in quadam petia terre que est juxta herbergamentum quod fuit defuncti Aoimet que tertia est de dicta emptione dicti Arnulphi et pariter duas gallinas annui reditus quas dicti prior et fratres nobis debebant super dicto herbergamento et super dicta terre annuatim et pariter VI denarios annui census quos ipsi prior et fratres debebant nobis ad Pascha

LVII. (2 annuatim super terra Iohannis Guillelmi Lebersine, et pariter omne illud servagium quod a nobis debebatur super dicto laboramento et dictam terram que fuit Iohannis Moisnet et est de emptione dicti Norbelphi; vendidimus ita omnia supradicta tenenda et retinenda, percipienda et habenda predictis priori et fratribus ac eorum successoribus libere et quiete ab omnibus servitiis, exactionibus et redibentiis quibuscumque ad quoscumque, quoquo modo pertinentibus et jure emptionis sibi hereditarie et perhenniter pacifice possidenda. Nos quidem predicti Robertus et Johanna super sacrosancta juravimus quod in predictis rebus quas vendidimus nichil de cetero reclamabimus ratione dotis seu dotalicii sive quacumque alia ratione nec faciemus per aliquem reclamare que nos transtulimus et adhuc transferimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos et heredes nostri in dictis rebus venditis habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa; pretenda nos et nostri heredes omnes predictas res venditas tenemur deliberare de omnibus predictis priori et fratribus in futurum et garantizare et defendere contra omnes et erga omnes dominos de omnibus servitiis et quibuscumque redibentiis deservire super omni nostra alia hereditate ubicumque sit quam nos ad hoc opponimus et obligamus a quibuscumque personis et quibuscumque temporibus sit possessa promittimus et bona fide per predictam obligationem quod nos et nostri heredes predictos priorem et fratres seu quoscumque ab ipsis in dictis rebus venditis causa habentes per defectum garantizationis seu deliberationis res predictas vel in parte vel in toto non poterimus dimittere in manu aliena seu in manu alicujus domini feodalis. Ad hec autem omnia et singula supradicta garantizanda et tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ac eorum successoribus ego predictus Robertus et ego Johanna ejus uxor obligamus nos et nostros heredes et quoscumque nostros ~~heredes~~ successores et omnem nostram dictam hereditatem a quibuscumque personis et quibuscumque temporibus sit possessa et per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LX° decimo, mense aprilis.) (Cart. f° 15 v° col. 1 et 2)

1236

LVIII Universis presentes litteras inspecturis, Willelmus de Champthaon miles salutem in Domino. Noverint universi quod ego pro salute anime mee et antecessorum meorum nec non pariter et heredum quidam pensibus in perpetuum fratribus de Valle Dei de V solidis quos annuatim debebant de auxiliis ex medietaria de Charneiles, videlicet quantum ad me et heredes meos exinde pertinet salvo jure aliorum feodi dominorum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine confirmavi per quas me et heredes meos ad hoc tenendum fideliter predictis fratribus et servandum volui obligari. Actum anno Domini M° CC° XX° VI°

(Cart. du Val Dieu f° 16 r° col. 1)

janvier 1230

Lix Universis presentes litteras inspecturis johannes de Chanhaion miles salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego de assensu et voluntate uxoris mee et heredum meorum dedi et concessi in puram liberam et perpetuam elemosinam priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis quamdam peciam terre mee quam habebam juxta clausum ex una parte terre quam dicti prior et fratres habent de dono magistri Laurentii Herneis, canonici Constantiensis et ex alia parte rivulo molendini Domini de Corbon qui vocatur rivulus de Vilete et sicut dividitur longitudine quam terram ego predictus johannes predictis fratribus teneor garantizare et defendere in perpetuum contra omnes et acquitare de omnibus servitiis et exactionibus et rebus aliis ad quoscumque quoquo modo spectantibus; pro hac autem collatione et concessione dicti prior et fratres mihi dederunt de bonis dicte domus quatuor libras turonenses integre persolutas et ne aliquis contradicte valeat in hujus rei confirmationem predictis fratribus presens scriptum dedi sigilli mei munimine roboratum per quod obligavi me bona fide et valeat similiter omnes heredes meos in perpetuum obligari. Actum anno gratie MoCCo Lo, mense januario.

Cart de Val Dieu fo 16 col. 1 no)

159

1258

4× Ego Johannes de Champhaor miles notum facio universis quod pro salute animae meae et pro animabus patris et matris meae nec non Johannis defuncti filii mei carissimi et omnium parentum meorum concessi priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis quod ipsi teneant et possideant quicquid acquisierunt et etiam quicquid de cetero acquirere poterunt in toto meo feodo infra terminos eorumdem libere pacifice et quiete de omnibus quibuscumque juribus et heredibus meis pertinentibus. In cujus rei testimonium dedi predictis monachis presentes litteras sigilli mei munimine roboratas. Actum anno domini M° CC° 4° VIII°.

(Cart du Val Dieu f° 16 r° col. 2)

Decembre 1290

[1] Universis presentes litteras inspecturis, Ermandus Duce salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse et concessisse in puram liberam et perpetuam elemosinam Domino et monachis Valeis Dei Cartusiensis ordinis XII denarios monete currentis in Corbonello annui redditus percipiendos ad nativitatem Sancti Johannis Baptiste in illa quarta parte que me jure hereditario contingit de prato quod vocatur pratum de Serpento sito in parochia de Vilers quod jungitur a quadam latere prato Domini de Nonant et alio latere rivulo de Fonte et affrontat superius prato nepotis de Nonant et inferius prato de Masura, tali conditione interposita quod quicunque dictum quartum dicti prati possiderit nisi dictis monachis predictum redditum ad dictum terminum reddiderit annuatim VI denarios pene nomine pro unaquaque septimana qua a solutione dictos reddidus defecerit predictis monachis cum principali redditu restituet. Volo insuper et concedo ut dicti monachi faciant justiciam suam in feno dicti quarti prati tam pro pena quam pro principali; insuper subjicio me et successores meos dicte partis prati jurisdictioni ordinarii corbonelli ut canonica admonitione premissa possint me et dictos successores per censuram ecclesiasticam compellere a solutione dicti redditus et dicte pene si commissa fuerit. Ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum in hujus rei testimonium predictis monachis presentem cartam vedi sigilli mei munimine roboratam. Datum anno Domini M° CC° L° mense Decembrio.

(Cart de Val Dieu f° 17 r° col. 1

LXII Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Ernaudus Ducel de la Poterie salutem in Domino. Ad universitatis vestre noticiam volo pervenire quod ego dedi et concessi priori et conventui Vallis Dei, Cartusiensis ordinis, in puram, liberam et perpetuam elemosinam pro remedio anime mee et parentum meorum suos solidos annui redditus communis monete Corbonensis quos assignari eisdem in duobus locis mihi pertinentibus videlicet XII denarios super quoddam pratum meum cum suis pertinentiis quod vocatur pratum de Arpento situm in parochia de Vilers, quod jungitur a quadam latere prato Domini de Nonant et alio latere rivulo quod vocatur Gimunde et affrontat ex una parte prato neptis de Nonant et alia parte prato de Masura et alios XII denarios assignari super totum habergamentum meum cum suis pertinentiis dictum redditum ad nativitatem Sancti Johannis Baptiste annuatim persolvendum Mali conditione interposita quod quicumque dictum pratum sive habergamentum tenuerit sive possiderit nisi dictis monachis dictum redditum ad predictum terminum reddiderit annuatim VI denarios nomine pene pro unaquaque septimana qua a solutore dicti redditus defecerit predictis monachis cum principali redditu reddere teneatur. Volo insuper et concedo ut ipsi justiciam suam in predictis rebus faciant tam pro principali quam pro pena. Preterea subjicio me et successores meos super hoc jurisdictioni ordinarii Corbonetis ut tunica ad hanc petitionem permissa possint tam me quam predictos successores per censuram ecclesiasticam compellere ad solutionem dicti redditus et dicte pene si commissa fuerit, ad hoc ratum et stabile permaneat in futurum. In cujus rei testimonium predictis monachis presentes dedi litteras sigilli mei munimine roboratas, per quas volui omnes successores meos similiter obligari. Datum anno Domini M°CC° 4° secundo mense septembris.
(Cart du Val Dieu f° 17 col 2 r°)

CXIII. Ego Guillelmus de Bubertreio miles, notum facio universis presentibus et futuris quod ego de consensu et voluntate heredum meorum dedi et concessi pro salute anime mee et animarum antecessorum et heredum meorum fratribus domus Vallis Dei Cartusiensis ordinis V solidos annui redditus et perpetui communis monete patrie in puram et perpetuam elemosinam annualtim mea hereditaria de la Pinardere sita in parochia Sancti Victoris de Reignac perpetuum medietarii qui dictam medietatem possidebit quicumque sit sine contradictione quolibet ad festum omnium Sanctorum libere et quiete de omnibus serviciis et rebus aliis ad me et ad heredes meos et ad quoscumque alios quoquo modo pertinentibus reddendos mihi et habendos et pacifice possidendos; et ad hanc elemosinam garandizandam, defendendam et ab omnibus perturbatoribus liberandam predictis fratribus in perpetuum ego me ipsum obligavi et heredes meos successive per presentes litteras quas in hujus rei testimonium et confirmationem dedi predictis fratribus sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° L° quinto, mense Julii.

(Cart du Val. Dieu f° 17 v° col. 1)

Dans la marge il y a : Transcriptum quarte carte superius in hoc libro sub hoc numero LXX.

LXIV. Noverint universi presentem cartam inspecturi quod cum ego Guillelmus Le Rat et Richelvis uxor mea contulissemus nos et universa mobilia nostra monachis de Valeis Dei prout olitum nostrum percipienda. Nos insuper dedimus et concedimus eisdem in puram et perpetuam elemosinam III solidos annui redditus monete usitalis quem redditum trium solidorum nos assignavimus dictis monachis annuatim percipiendum super nostre herbergamento de Corgandre et super omni parte hereditatis quam habemus vel habebimus quem redditum trium solidorum nos et nostri heredes semper annuatim de cetero monachis predictis reddere tenebimur in festo Sancti Remigii cum aliis duobus solidis annui census quos exinde debere solebamus Thome militi de Corgandre. qui Thomas miles illos duos solidos quos ipse habebat super herbergamentum predictum nostrum dedit et concessit monachis dictis in elemosinam perpetuam. et pro dictis duobus solidis dictus miles nos dictis monachis attornavit in futurum. Sciendum est autem quociens cumque nos vel heredes nostri de dicto censu et redditu ad dictum terminum dicti festi Sancti Remigii persolutionem non fecimus dictis monachis pro emenda et dicto censu et redditu VII solidos et dimidium reddere tenebimur. sin autem ipsi super totum tenementum nostrum poterunt suam justiciam exercere. In cujus rei testimonium et confirmationem ego Guillelmus Le Rat, Richeldisque uxor mea dictis monachis presentes litteras tribuimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini M°CC° XL° quinto, mense Augusto.

(Cart du Val Dieu f° 17 r° col. 1)

CXV. Noverint universi presentes et futuri quod ego Nicholaus de Ruchel miles Dominus de Curta. Flaria dedi et finaliter concessi in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum meorum fratribus de Chartrouse de Valle Dei x solidos turonenses annui redditus situs super meum molendinum de Mesciers in parochia Sancti Albini de Contromure tali conditione quod quicumque predictum molendinum tenebit tenebitur persolvere predictis fratribus predictum redditum infra octabas Beati Remigii annuatim terre dando et habendo dicta x solidos turonenses dictis fratribus in puram et perpetuam elemosinam libere et quiete ab omnibus ad me vel ad heredes meos pertinentibus salvo in jure capitalium dominorum. Et predictus Nicholaus et mei heredes tenemur dictis fratribus dictum redditum garantizare deservire et defendere contra omnes bona fide vel in nostram hereditatem propria excambire si necesse fuerit valore ad valorem et ut ratum et stabile permaneat in futurum presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M° CC° L X° primo, mense Augusto.

(Cart du Val Dieu f° 17 v° col. 2)

LXVI Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Hugo miles dominus de Corion salutem in Domino. Noverint universi quod assensu et voluntate Helvise uxoris mee et omnium heredum meorum pro amore Dei et pro salute anime mee et pro anima patris mei et fratris mei et aliorum parentum meorum et pro anniversario meo faciendo ego contuli et concessi Domino et fratribus Vallis Dei Cantusiensis ordinis XX solidos annui redditus monete currentis in Corbonelo, habendos et percipiendos annuatim in festo Sancti Remigii in masura mea quam de me tenet Ganfridus dictus Molinier que masura sodalur vadum Flumunt dictum redditum XX solidorum habendum et percipiendum dictis fratribus per manum illius qui predictam masuram tenebit in puram et perpetuam elemosinam sine contradictione qualibus, possidendum libere pacifice et quiete de omnibus serviciis, exactionibus et rebus aliis ad quos-cumque pertinentibus, quoquo modo. Si autem dictus Ganfridus Molinier vel heredes sui, vel alii qui pro tempore dictam masuram tenerint ad predictum terminum de solutione predicti redditus aliquando defecerint pro unaquaque septimana qua de persolutione predicti termini fuerint negligentes XII denarios nomine pene predictis fratribus cum principali redditu reddere tenebuntur. Insuper etiam volo et concedo quod predicti prior dicte domus et fratres dictum pro defectu redditus quam predicte pene in predicta masura et in pertinentiis ejusdem sine contradictione aliqua vel heredum meorum possint plenariam justiciam exercere quod usque illi qui dictam masuram tenuerint eisdem satisfecerint competenter. Preterea ego Hugo predictus dominus de Corion volo et confirmo quod quicumque dictam

4XVI. e masuram teneat vel possideat anteq-
quam mihi reddat meum / redditum
quem ibidem habeo primo principaliter
plenarie predictis fratribus de dicto reddit-
uo satisfiere tenebatur. Ad hanc autem
elemosinam tenendam fideliter firmiter
que servandam et garantizandam fratis
fratribus Vallis Dei sub dicta forma in
perpetuum ego predictus Hugo astrinxi
me et heredes meos astringi modo consi-
mili voluit per presentes litteras sigillo
meo et predicte Helvise uxoris mee
munimine confirmatas. Datum
anno Domini M°CC°4X° quarto,
mense aprilis.

(Cart du Val Dieu f° 18 col. 1 r°)

LXVII. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit ego Guillelmus De Bossaia notum facio quod ego compos mentis mee divine pietatis instituta faciendo testamentum meum ego et Dono et concedo pro salute anime mee et Isabelis uxoris mee et patris et matris mee viris religiosis priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis in puram et perpetuam elemosinam V solidos annui redditus et perpetui assignatos supra quamdam peciam terre que jungitur ex una parte terre comunde apud Charneles et jungitur ex alia parte alius terre mee et abbatat terre Dominii de Doncellis et continet illa pecia terre unam minam bladi seminare predictis priori et conventui predictum redditum V solidorum habendum et capiendum post decessum meum pacifice et liberum de omnibus rebus ad quoscumque spectantibus annuatim in futurum ad festum omnium Sanctorum per manum illius qui dictam peciam terre possidebit. Sciendum est autem quod ego ego et Dono predictis fratribus de caritate mea XII solidos turonenses post obitum meum ad pitantiam eorumdem. In hujus rei testimonium et munimen ego tenuli presens scriptum predictis fratribus sigilli mei munimine confirmatum per quod ad hoc garantizandum contra omnes et faciendum et reddendum eisdem me et heredes meos obligavi. Actum anno Domini M° CC° LXX° primo, die Veneris post festum Bartholomei.

(Cart du Val Dieu f° 18 r° (al. 2)

LXVIII Omnibus hec visuris Johanna domina de Chaumont uxor Radulphi domini de Chaumont salutem in Domino. Noveritis quod ego predicta Johanna ex assensu et voluntate domini Radulphi predicti, mariti et concessu pro salute anime mee et antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam monachis de Valle Dei ordinis Cartusiensis pro meo anniversario faciendo V solidos turonenses annui redditus quos assignari capiendos annuatim dictis monachis super molendinum meum de Bruieroles, infra octabas beati Remigii. Volo etiam et concedo quod si dictum molendinum decidat qui dicti denarii super omnes redditus et laborem dicte ville capiantur. Sciendum est autem quod si illi qui tenebunt dictum molendinum sicte villam defecerint de reddendo dictis monachis dictos denarios ad terminum assignatum pro qualibet die elapsa post terminum supradictum VI denarios turonenses nomine pene tenentur reddere tangenta debitum principale. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine confirmavi; ad petitionem meam et ad majorem confirmationem Hugo de Corion miles pater meus presentibus litteris sigillum suum apposuit. Actum anno Domini M° CC° LX° quinto.

(Cart Du Val Dieu f° 18 r° col. 2 n° col. 1)

LXIX Noverint universi quod ego Odo Guarrel miles dominus de Valle-Vinosa etc. superius laudatur hoc transcriptum.

LXX Viro nobili Domino de Valle Vinosa Joannes ecclesie omnium Sanctorum de Mauritania salutem in omnium salvatore. Noveritis nos juncta verba fratris Guillelmi de Valle Dei nobis ex parte vestra directa ut dictus Guillelmus asserit per fide dignos et juratos diligenter inquisisse vestrum prior et fratres de Valle Dei Cartusiensis ordinis habent in vestris censibus die festo Sancti Stephani post natale Domini percipere V solidos annui et perpetui redditus apud Vallem-Vinosam et si consueverunt percipere annuatim qui jurati dixerunt nobis quod semper perceperunt dicti prior et fratres dictos V solidos a tempore a quo non extat memoria per manum alicujus virorum apud Vallem Vinosam die predicto et non cessaverunt allocati vestri in solutione dictorum V solidorum nisi in hoc anno ultimo preterito et hoc vobis tenore presentium significamus. Valete bene et vivite. Datum anno Domini M° CC° LXX° primo, die Veneris ante festum apostolorum Symonis et Jude.

(Cart. du Val Dieu f° 18 r° col. 1)

LXXI Ego Fulcherius Quarelli etc. superius habeatur.

LXXII Ego Fulcherius Quarelli miles etc. superius habeatur.

LXXIII. Universis presentes litteras inspecturis Girardus Mathent etc. Carta hec nostra quam habeatur quod retracta est.

LXXIV. Ego Thomas Joce notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ego de assensu et voluntate Agnetis uxoris mee et omnium heredum meorum caritative dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis XV solidos annui redditus monete Corbonensis habendos et percipiendos annuatim in festo omnium sanctorum super totam hereditatem meam ubicumque sit et quicumque ipsam possideat, quam hereditatem apposui in contrapleginum dicto redditui annuatim ad dictum terminum persolvendo tali modo quod si dictus redditus aliquotiens ad dictum terminum non fuit persolutum tota dicta hereditas mea ad dictam domum Vallis Dei et fratribus et monachis ejusdem domus absque aliqua contradictione in perpetuum remanebit jure hereditario possidenda, servicia exinde debita capitalibus dominibus feodi faciendo. Et ut hoc sit firmum et stabile in futurum ego Thomas et dicta Agnes uxor mea nostris propriis corporalibus sacramentis nos astrinximus per presentes litteras quas dictis monachis et fratribus dedimus sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Et ego Gervasius Rousel dominus feodi qui habet elemosinam liberam et perpetuam approbo et concedo ad majorem hujus confirmationem dignum sigillum meum presentibus apponere dignum duxi per quod obligavi me et heredes meos ad dictam elemosinationem liberam et quietam garantizandam et penitus defendendam. Datum anno Dominii M° CC° XL° VII° mense aprilis.

(Cart. du Val Dieu f° 19 r° col 1)

LXXV. Universis presentes litteras inspecturis Michael Le jugleor salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et pro salute Johannis Le jugleor et Johanne uxoris sue et parentum meorum vendisse et concessisse Deo et monachis Beate Marie Vallis Dei Cartusiensis ordinis in puram liberam et perpetuam elemosinam 11 solidos annui redditus communis monete Corbonensis in herbergamento meo de Manitaria quod fuit quondam Gaufridi de Tontilbus et Beatricis uxoris sue avorum meorum, sito juxta campum Rufe, percipiendos in festo Sancti Remigii tamtatim ita quod quotiens-cunque ego Michael vel heredes mei vel quicunque dictum herbergamentum tenuerit defecerimus a solutione dicti redditus ad dictum terminum pro unaquaque septimana cessationis tenebimur persolvere predictis monachis VI denarios nomine pene cum principali redditu. et solo ut concedo ut dicti fratres possint facere justiciam in dicto herbergamento tam pro redditu quam pro pena. Et ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum ego Michael predictis monachis presentem cedulam sigilli mei munimine roboratam. Datum anno Domini M° CC° 4° mense julii.

(Cart. de Val Dieu f° 17 r° col. 2)

LXXVI Ego Guillelmus Picart, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ego pro salute anime mee dilectorum et antecessorum meorum videlicet patris et matris mee et ad nostra anniversaria faciendo annuatim in crastino Beati Andree apostoli contuli Domino et monachis de Valle Dei in puram et perpetuam elemosinam X solidos annui redditus ad faciendam pitanciam dictis monachis in dicta die annuatim anniversariorum quos X solidos assignari in mea de Soteria eisdem percipiendos et habendos per manum Hugonis Picart patris mei annuatim vel per manum abbatis de Trappa qui pro tempore fuerit cuidam dicta mea de Soteria cum ejusdem pertinentiis deveniet ratis servitiis dominorum. Redditus annuatim faciendo diebus prefixis in locis divisis et in forma dicti in prima cartula super hoc confecta continetur. Si dictus Hugo pater meus de vendendo dictos redditus sub dicta forma aliquotiens defecerit ad terminum supradictum et si abbas de Trappa de vendendo dictos redditus sub dicta forma aliquotiens defecerit, dicta medietaria cum suis pertinentiis et cum warassoribus dicti tenuri de Soberto Leteri libere quiete et pacifice, exceptis servitiis dominorum dictos redditus sub dicta forma et pitancias annuatim persolvere Domino ministro Sancti Elegii juxta Avranchas in perpetuum deveniet possidenda. In cujus rei testimonium dictis monachis presentes litteras dicti sigilli mei munimine roboratas quibus heredes meos successive volui obligari. Actum anno gratie M° CC° XL° VIII° mense julii.

(Cart du Val Dieu fo 17 r° col. 1)

L x x v i i Universis presentibus et futuris ego Gatho de Remalart Dominus de Vilde-Coprei salutem in Domino. Noveritis quod cum contentio mota esset inter me ex una parte et Nicholaum priorem de Valle Dei et conventum ejusdem loci ex altera ex eo quod dicebat me capere motagium in quodam prato suo ad hefficiendam exclusam cujusdam mei molendini quod dicitur molendinum de Cruc Brochart eadem ratione qua habebant x solidos annui redditus super dictum molendinum meum quod dicebat contradicebant. Tandem bonorum virorum consilio ita fuit inter nos compositum et concessum in hunc modum videlicet quod ego dictus Gatho quidam eisdem et concessi dictum motagium ita quod ego vel mei heredes in dicto prato vel motagio nichil de cetero per nos vel per alios poterimus reclamare quoquo modo hoc adjundo quod dicta exclusa mea sine contradictione dictorum monachorum pacifice in perpetuum remanebit taliter quod si minuiam altitudinem dicte exclusa aqua in dicto prato superflue redundaret vel et percipio ut dicta exclusa consilio et legitimo arbitrio dicti prioris emendetur tali modo quod aqua congruum cursum habeat ad dictum molendinum. Tali factione quod predicti prior et conventus ejusdem loci V solidos monete patrie in perpetua elemosina super meum dictum molendinum annui redditus termino percipient in festo beati Dyonisii annuatim ita tamquam si forte dictum molendinum igne vel aliquo casu fortuito ad casum venire contigerit ego vel mei heredes dictis monachis per dictos V solidos de redditibus meis de Valle Coprei in dicto festo beati Dyonisii teneor bona fide resarcire. Quod tenendum et fideliter in perpetuum observandum predictis monachis presentes has litteras hujus rei testimoniales, in sigilli mei munimine confirmatas pro me et heredes meos successive firmiter obligari ne contentio aliqua inter nos valeat de cetero suboriri. Datum anno Domini M° CC° 4° mense septembri.

(Cart du Val Dieu f° 19 v° col. 1 et 2)

LXXVIII Notum sit omnibus presentem cartam inspecturis quod ego Gerardus miles dominus de Pinlai etc. superius habeatur.

LXXIX Universis presentes litteras inspecturis magister Philippus de Fontibus salutem in Domino. Noveritis quod ego pro salute anime mee dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam fratribus de Valle Dei Cartusiensis ordinis X solidos annui redditus et perpetui communis monete patrie, assignatos super domum que fuit defuncti Gathonis Sirebons sita in parochia Sancti Johannis de Mauritania quos ego a Beatrice relicta Girardi Juliberti et Laurentio ipsius filio Liquisini super parte sua tocius domus prenominate et VI denarios annuos in censu super domum Laurini Cloet in eadem parochia assignatos quos ab ipsa relicta similiter habui ex donatione ejus pro meo servicio fideliter impenso, habendos dictos X solidos et VI denarios predictis fratribus ad festum Sancti Remigii et in perpetuum possidendos ex dedi fratribus omne jus et districtum sive justiciam quam habebam et habere poteram in dictis X solidis annui redditus et in dictis VI denariis annui census penitus concedendo et nichil juris ac potestatis in predictis redditu et censu mihi et meis heredibus in posterum retinendo. In cujus rei testimonium ego supra dictis fratribus presentes contuli litteras sigilli mei munimine confirmatas per quas me et heredes meos ad id tenendum firmiter in perpetuum obligavi. Actum anno Domini M° CC° LX°, mense aprili.

(Cart du Val Dieu f° 19 v° col. 2 f° 20 v° col. 1)

Lxxx Universis presentes litteras inspecturis
Robertus Le gulgleor dictus niger salutem
in Domino. Noveritis quod Heloisia mea
prima uxor defuncta et defuncta Gervasia nos-
tra filia in ordinatione testamentorum
suorum pro suis anniversariis legaverunt
et dederunt domui Vallis Dei Carthusiensis
ordinis xx solidos annui redditus cursalis
monete Corbonensis et defuncta Agnes uxor
mea secunda similiter in ordinatione
sui testamenti pro suo anniversario legavit
et donavit dicte domui Vallis Dei x solidos
annui redditus dicte monete Corbonensis
qui xxxa solidi redditus dati pro dictis tri-
bus anniversariis dictarum trium mulie
rum siti et assignati fuerunt super por-
tionem earundem mulierum contingentem
emptionum et acquisitionum quas ego dictus
Robertus et ipse mulieres fecimus et acqui
sivimus durante nostro matrimonio.
quod anniversarium dicte defuncte Heloisie
debet celebrari in festo Sancti Laurentii an-
matim et anniversarium dicte defuncte
Gervasie quondam filie nostre debet celebrari
in die jovis feriarum Pasche annuatim
et anniversarium dicte defuncte Agnetis
debet celebrari in festo Sancti Vincentii an-
nuatim. Laudo ego Robertus domum
et redditum et denominationem dictarum
trium mulierum pro suis anniversariis
volo, approbo et concedo et inspecta dili-
genter utilitate dicte domus Vallis Dei
et pervisa pace heredum meorum et
heredum dictarum mulierum dictos
xxxa solidos annui redditus pro dictis
anniversariis datos ut dictum est dicte
domui et priori et fratribus taliter assig-
nari scilicet super meam propriam
hereditatem quam ego acquisivi de Girardo
Jou Calleis in parochia Sancti Nicholai de
Regnoto habendos et recipiendos dictos xxx.
solidos annui redditus quietos et liberos

LXXX (2, et ab omnibus rebus immunes pro dictis priori et fratribus per manus Herberti de Tonca et heredum eorum quos ego dictus Robertus ad hoc attornati et jonstavi in festo Sancti Remigii annuatim. Jago quidem dictus Robertus et mei heredes seu quicumque mei successores dictos XXXa solidos annui redditus in dicto loco assignatos teneamur deliberare quitos et liberos predictis priori et fratribus et garantire et defendere contra omnes et super nostram aliam hereditatem ega omnes homines de omnibus servitiis et quibuscumque redibitionibus deservire prior vero et fratres facient justa quod onus ipsorum requirit predicta tria anniversaria pro dictis tribus mulieribus supradictis in terminis prenotatis. Ad hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma et fidelitter observanda predictis priori et fratribus et eorum successoribus ego predictus Robertus obligo me et meos heredes et quoscumque meos successores per presentes litteras quas eisdem contuli in sigillo meo sigillatas. Actum anno Domini Mo CCo LXXo Vo mense maio.

(Cart du Val Dieu fo 20 ro col. 1 et 2)

LXXXI. Sciant presentes et posteri quod ego Hugo Corsesault etc. superius habetur.

LXXXII. Universis presentes litteras inspecturis Garinus prepositus Mauritanie ect. superius continetur.

LXXXIII. Universis Christi fidelibus etc. Hamericus miles Dominus de Clinchamp etc. superius habetur.

LXXXIV. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Galterius Hay ect. superius continetur.

LXXXV. Ego Robertus Morin etc. quod cum Heloïs La Poltriere etc. superius habetur.

LXXXVI. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Johanna Victa La Pouzzine Vedi et concessi priori et fratribus Valeis Dei Cartusiensis ordinis in puram elemosinam liberam et quietam domum et ortum et pratum quem habebam prope villam Sancti Medardi de Raignou sita inter maram dicte ville ex una parte et fossata dicte ville ville ecclesie et ex altera inter pratum Guillelmi Pouzzin fratris mei et viam per quam itur a dicta villa ad dictam maram, faciendo annuatim domino feodi x solidos turonenses de predictis. Tretdea vedi et concessi ecclesie Sancti Medardi de Raignou II solidos turonenses annuitatus in puram elemosinam liberam et quietam percipiendos annis singulis in festo Sancti Remigii in tota terra mea mediatarie de la Pouzinière sita in parochia dicti Sancti Medardi per manus illius vel illorum qui dictam mediatariam possiderunt sub pena VI denariorum turonensium pro quolibet ebdomada qua dicti denarii non fuerint persoluti quorum duorum solidorum duodecim denarii erunt ad faciendum meum anniversarium et duodecim ad lampadem ante corpus Christi serviendum. Et ad dictas elemosinas tenendas et garantizandas me et heredes meos obligavi. In cujus rei testimonium presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Datum anno Domini M° CC° L° VII° mense novembris.

(Cart. du Val Dieu fo 21 1° col. 1)

MXXVII Ego Robertus Dei Gratia et Odo frater meus notum facimus universis quod nos communi assensu vidimus et concessimus Domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis in puram et perpetuam elemosinam quicquid habebamus et habere poteramus in quodam angulo prati quem habebamus communem cum quibusdam aliis super aquam de Comanche juxta pratum quod elemosinaverunt Hospitales eisdem monachis. Et ad hanc elemosinationem defendendam et garantizandam contra omnes liberam et immunem nos et nostra reliquimus obligari. In cujus rei testimonium eisdem vidimus presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° XL° VIII° mense julii.

(Cart Du Val Dieu f° 21 1° col. 2)

LXXXVIII Ego Mauricius Urhenier notum facio universis quod ego de voluntate et assensu Johanne uxoris mee et heredum meorum Dei et concessi in puram liberam et perpetuam elemosinam priori et fratribus Vallis Dei cartusiensis ordinis quicquid juris habebam et habere poteram in quodam angulo prati quod positum est inter prata sua quod ipsi emerunt Despiaus scilicet quartam partem dictam partem predicti anguli tenendam et habendam predictis priori et fratribus pacifice libere et quiete ab omnibus servitiis et exactionibus et rebus aliis ad quoscumque pertinentibus quoquo modo predicti vero prior et fratres de caritate sua nobis XIII solidos donaverunt. Ad hanc autem elemosinationem garantizandam, defendendam et ab omnibus penitus et contra omnes liberandam in perpetuum ego predictus Mauricius et Johanna uxor mea obligavimus nos et heredes nostros per presentes litteras quas in hujus rei testimonium dedimus eisdem sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° L° VI°, mense martii.

(Cart du Val Dieu f° 21 r° col. 2

CXXXIX Ego Colinus dictus Escornart notum
facio universis presentibus et futuris quod
ego de voluntate et assensu Amelie
uxoris mee et heredum meorum dedi
et concessi in puram liberam et perpetuam
elemosinam priori et fratribus Vallis Dei
Cantusiensis ordinis quicquid juris habebam
et habere poteram in quodam angulo
prati quod positum est inter prata sua
quod ipsi tenerunt Despians scilicet quar-
tam partem dictam parte predicti anguli
dictis priori et fratribus pacifice libere et
quiete ab omnibus serviciis, exactionibus
et rebus aliis ad quoscumque pertinentibus
tenenda et etiam in perpetuum finaliter
possidenda; predicti vero prior et fratres
de caritate sua nobis XIII solidos donaverunt.
Ob hanc autem elemosinationem garan-
tizandam, defendendam et ab omnibus
petitus et contra omnes liberandam
in perpetuum ego predictus Colinus et
Amelina uxor mea obligavimus nos
et heredes nostros per presentes litteras
quas in hujus rei testimonium dedimus
eisdem sigillorum nostrorum munimine
roboratas. Datum anno Domini M° CC°
L° VI° mense februarii.

(Cart du Val Dieu f° 91 r° col 1)

xc Ego Odo Buleri et Ramborc uxor mea notum
fabicimus universis quod nos de assensu et
voluntate omnium heredum nostrorum
vendimus et concessimus in puram et per-
petuam elemosinam domui Valles Dei
Cartusiensis ordinis quicquid habebamus
in quodam prato quod habebamus com-
mune cum Colino Morgnerne quod
pratum jungitur ex una parte terre
quam vendidit Matericus de Oliveto vi-
de domui de assensu nostro et voluntate
nostra et terre Buleriers et ex alia
parte aque de Commeauche et abotat
prato quod elemosinaverunt eisdem
monachis Lespiaus. Dictum pratum
dicte domui et monachis ejusdem domus
in perpetuum jure elemosine libere et
quiete de rebus omnibus possidendum. Et
ad dictum pratum elemosinatum dicte domui
et monachis ejusdem domus defendendum et
garantizandum de omnibus rebus pertinentiis
omnibus et exactionibus ad quoscumque per-
tinentibus liberum et quictum nos obligavi-
mus nos et heredes nostros et omnes res nos-
tras mobiles et hereditarias presentes etiam
et futuras et residuum tocius hereditatis nos-
tre ubicumque sit et undecumque ad nos
possit in posterum devenire. Et ego Odo Bu-
leri et Ramborc uxor mea in hujus rei
testimonium predicte domui et monachis
ejusdem domus presentes dedimus litteras
sigillorum nostrorum munimine confir-
matas. Datum anno Domini M° CC° XL°
VIII° mense julii.

(Cart du Val Dieu f° 21 r° col. 1 et 2)

xci. Ego Hugo de Lineribus miles etc. superius
Valetum

xcii Universis presentes litteras inspecturis, Johannes de Hbaus salutem in Domino. Noveritis quod ego de assensu et voluntate Marie uxoris mee concessi Domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis et fratribus in eadem domo commorantibus in puram et perpetuam elemosinam quicquid juris habebam et habere poteram in hoc quod dicti fratres acquisierunt in feodo meo de Hbaus. Pretchea volui et concessi fratribus supradictis qui ipsi possideant in puram et perpetuam elemosinam quicquid licite acquirere poterunt in feodo et in dominico meo de Hbaus liberam et quietam de omnibus serviciis exactionibus et rebus aliis quibuscumque mihi et heredibus meis pertinentibus quoquo modo. In cujus rei testimonium predictis fratribus presentes dedi litteras per quas me et heredes meos successive volui obligari ad predicta fideliter tenenda pariter et servanda. Datum anno Domini M° CC° XL° VI°.

XCIII. Ego Guillelmus dictus Lemere et Amelina Lamberesse uxor mea notum facimus universis presentibus et futuris quod nos communi assensu et voluntate nostra spontanea dedimus et concessimus pro salute animarum nostrarum in puram liberam et perpetuam elemosinam ecclesie beate Marie Vallis Dei Cartusiensis ordinis, Lugdunensis diocesis quintam partem tocius hereditatis nostre quam habebamus in parochia Sancti Victurni de Raignon tam in pratis quam in pasturis et virgulto et terra aralibili que jungitur hereditati ex una parte terre quam prior et conventus ejusdem loci de Matido de Beliveto emerunt et ex alia parte apud Lapidem et abutat superius terre Petri Escorchant et inferius aque de Comiauche residuum vero tocius hereditatis dicte predictis priori et conventui domus Vallis Dei vendidimus et concessimus pro centum et XV solidis turonensibus quos habuimus ab eisdem; dictam hereditatem totam cum omnibus pertinentiis ejusdem sicut se possidet eisdem libere pacifice et quiete tenenda libere jure elemosine et emptionis que in perpetuum possidendam preterea adjectum est insuper quod si aliquis de nostro genere dictam venditionem ratione propinquitatis velit vel possit retrahere quintam dicte late hereditatis dicti domus Vallis Dei in puram elemosinam remanebit libere et quiete ab omnibus exactionibus et servitiis et rebus aliis in perpetuum possidendam. Ad hec autem tenenda ego Guillelmus et dicta Amelina uxor mea atque ad hoc se consensit voluntate spontanea non coacta nos astrinximus per corporalia sacramenta et per presentes litteras eisdem dedimus in hujus rei testimonium et confirmationem sigillorum nostrorum munimine roborratas. Datum anno Domini M° CC° L° VI° mense martii.

(Cart du Val Dieu f° 22 r° col. 1)

XCIV Ego Gellamus Lofilart et Boelina uxor mea notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos de assensu et voluntate heredum nostrorum dedimus et concessimus pro salute animarum nostrarum et antecessorum nostrorum priori et conventui Valeis Dei Cartusiensis ordinis Lugdunensis diocesi quintam partem tocius terre quam tenebamus et possidebamus in feodo Guillelmi de Salvo lupo militis in puram et perpetuam elemosinam cujus terre quedam petia sita est in marneria de Bantis et alteram affrontat mediarie de Boviers. Insuper dedimus eisdem videlicet priori et conventui totum residuum pro xl solidis turonensibus nobis integre persolutis libere et pacifice salvis serviciis dominorum. Istud autem elemosinationem et venditionem pariter tenemur defendere et garantizare contra omnes; et hec juravimus super sacrosancta; ad hec autem fideliter firmiterque tenenda nos et heredes nostros obligavimus per presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° mense februario.

(Cart du Val Dieu f° 22 r° col. 2)

XCV Universis presentes litteras inspecturis Johannes de Memorsu etc. Carta ista non habemus, que retractat.

xcvi Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Guillelmus Dictus Sorin et Odelina uxor ejus salutem in Domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire quod nos dedimus et concessimus tam pro salute nostra quam parentum nostrorum priori et fratribus Domus Vallis Dei Cartusiensis ordinis in puram liberam et perpetuam elemosinam quam-dam petiam terre nostre tenentem semen unius sextarii bladi et amplius: que petia terre sita est inter duas vias per quas itur a nemore predictorum prioris et fratrum apud villam de Jenis et alia parte ejungitur terre quam defunctus Hugo de Conton miles dedit in elemosinam fratribus supradictis, et alia parte terre Burgonis de Mere; dictam petiam terre supradictis priori et fratribus pacifice libere et quiete ab omnibus serviciis et auxiliis et exactionibus et rebus aliis ad nos et ad heredes nostros et ad quoscumque alios quoquomodo pertinentibus tenenda etiam in perpetuum similiter possidendam ita quod nec nos de cetero nec heredes nostri in dicta terra in parte vel in toto in judicio extra aliquid poterimus quereri vel etiam reclamare. Et omnia servicia exinde debita in aliam terram nostram convertimus quicquid de jure contigerint facienda; et hanc autem elemosinam garantizandam defendendam et ab omnibus penitus liberandam predictis fratribus in perpetuum ego predictus Guillelmus et Odelina uxor mea obligamus nos per presentes litteras quas in hujus rei testimonium dedimus eisdem sigillorum nostrorum munimine roboratas, per quas voluimus omnes heredes nostros successive obligari. Datum anno gratie M° CC° XXX° mense januario.

(Cart de Val Dieu f° 22 r° col. 2 f° 23 r° col 1)

XCVII Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Michael Le Duc etc. superius. habetur.

XCVIII Universis presentes litteras inspecturis Droco de Beraldo etc. superius habetur.

XCIX Ego Gervasius de Bulago miles notum facio universis presentes litteras inspecturis quod cum Lucia gronjam mater mea Deisset Deo et monachis de Valle Dei Cartusiensis ordinis pro salute anime sue ad suum anniversarium XX solidos communis monete Carbonensis annuitatis percipiendos et habendos apud Montisembert in grangia masura que vocatur masura Guillelmi Breistoit in festo Sancti Remigii annuatim in puram et perpetuam elemosinam tali conditione apposita quod nisi dicti XX solidi solvere. antur annuatim ad dictum terminum mansionarius ejusdem masure qui debet eos solvere teneatur nomine pene dictis monachis vel cuicunque vellent reddere VI denarios pro defectu cujuslibet diei post terminum assignatum. Et ego predictam elemosinam dictis monachis sub forma predicta concessissemus. Ego postea de assensu dictorum monachorum eisdem pro dicto redditu dedi in escambio III minas frumenti electi competentis ad hostias faciendas quas eisdem assignavi in medietaria mea de Loseio; hoc adjecto quod nisi tres mine dicte frumenti dicto modo eisdem in domo sua fuerint persolute infra octabas Sancti Remigii annuatim ab illo quisquis dictam medietariam excolet ad predictum anniversarium secundum ordinis sui regulam faciendam pro defectu cujuslibet dici post terminum assignatum tenebitur medietarius dicte medietarie VI

x c l x (?) Denarios communis monete solvere dictis monachis vel eorum mandato excepta penitus omni fraude. Ad hec omnia tenenda fideliter et garantizanda dicto modo predictis monachis in perpetuum contra omnes ego me et heredes meos per presentes litteras volui obligari quas sigilli mei munimine confirmavi. Actum anno Domini M° C C° x L° I° mense junio.

(Cart du Val Dieu f° 23 r° col. 1 et 2)

Cette charte est également donnée sous forme de vidimus, daté du vendredi x x l l l novembre 1403 et se trouve dans les archives du département de l'Orne.

(Arch du département de l'Orne H. 2647)

c Universis presentes litteras inspecturis
ego Guerinus Vivian notum facio quod
ego de assensu Odeline mee uxoris et
Guillelmi filii mei primogeniti et om-
nium aliorum heredum meorum
contuli viris religiosis Guillelmo priori
et conventui Vallis Dei in puram et
perpetuam elemosinam quintam partem
decimas mee et omnium meorum laber-
gamentorum sitorum in parochia de Jemis
in feodo Guillelmi de Virgilio militis apud
Flaias et quintam partem cujusdam
pecie terre et nemoris que site sunt
inter terminum Regale per quod itur de
Jemis apud Sanctum Medardum et inter
victimum de molendinellis et inter terram
Gaufridi Bolier militis et inter terram
filii defuncti Guillelmi de Segibus et
postea insuper vendidi dictis monachis
alias quatuor partes locius dicti teneta-
menti in perpetuum de assensu etiam
predictorum uxoris mee et heredum
meorum pro octo libris turonensibus
quas mihi persolverunt et ita quod ipsi
pro ista venditione tenentur mihi
providere in necessariis quoadusque
vixero quasi unus famulorum eorumdem
et sufficienter in calciamento in victu
et vestitu, in habitu seculari. Et ego
teneor eisdem servire pro posse meo et
laborare quasi unus famulorum morum
et ita est quod si aliquis propinquitate
generis consanguineus patrie
venditionem istam retraxerit tenebitur
eisdem monachis reddere dictas octo li-
bras et mihi providere sicut ipsi tenen-
tur et dicti monachi super dicta pro-
visione essent immunes et dicta elemosina
salva remanet dictis monachis in perpetuum
remanere. Ad hoc autem garantizandum
et tenendum fideliter dictis monachis
in perpetuum salvis xx solidis annui
redditus quos Robertus de Campis habet
super dictam petiam terre et super

c (a) dictas noas et super herbergamentum quod est ad ingerius ego Guerinus et dicta ~~Isaacia~~ mea uxor et Guillelmus dictus obligavimus nos et nostros heredes per litteras presentes quas in hujus rei testimonium dedimus predictis monachis sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini M°CC°XL° VI° mense novembris.

(Cart. du Val Dieu fo 23 vo col. 2 vo col 1)

c1 Universis presentes litteras inspecturis Stephanus prepositus Mauritanie etc. salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum inter nos ex una parte et religiosos viros abbatem et conventum Vallis Dei ordinis Cisterciensis Lingonensis diocesis ex altera super quibusdam questionibus que vertebantur inter nos ex una parte et predictos religiosos ex altera coram nobis in curia nostra Mauritanie ad instantiam dictorum religiosorum ventilatis, tandem ad pacem et concordiam devenimus in hunc modum videlicet quod nos et nostri heredes dictis religiosis et eorum successoribus in perpetuum quitavimus et quitamus omnia jura que habebamus vel habere poteramus in quadam grangia que vocatur Isaacia et in pertinenciis ejusdem grangie et in omnibus aliis grangiis quas dicti religiosi habent vel habebunt in futurum in parrochia de Mauritania et in pertinenciis earumdem grangiarum et in omnibus aliis terris quas dicti religiosi habent vel habebunt in futurum in parrochia de Mauritania et in pertinenciis earumdem terr

c11 Universis presentes litteras inspecturis, ego Emmelina
domina de Hayeria, notum facio quod ego concessi
pro salute anime mee in elemosinam liberis religio-
bis Guillelmo priori et conventui de Valle Dei totum
quicquid ipsi acquisierant in feodo meo de Chanderon
eisdem habendum et possidendum pacifice et libere
de omnibus rebus pertinentibus ad me et heredes
meos in futurum. Sciendum est autem quod ego
Emmelina dicta domina de Hayeria de assensu
Girardi filii mei et aliorum heredum meorum,
vendidi postea dictis priori et conventui pro xv
libris turonensibus mihi persolutis ab eisdem
totum quicquid juris feodalis et hereditarii et domi-
nii habebam et habere poteram in dicto feodo de
Chanderon et in pertinentiis suis et vendidi eis
varassorem qui de me tenebat ad fidem et homa-
gium illud feodum videlicet Stephanum
Brunone et uxorem ejus, quem varassorem eisdem
attornari qui varassor habet attornationem
voluit et concessit dictis monachis dictum va-
rassorem cum dicto feodo cum omnibus reve-
rantiis et cum omnibus pertinentiis suis
habendum et possidendum libere de omnibus
serviciis et omnibus rebus pertinentibus ad me
et heredes meos pertinentibus salvo omni jure
et salvis serviciis aliorum feodi illius dominio-
rum et non amplius per manum
alienam. Ad hec autem garantizanda et de-
fendenda contra omnes sub forma dicta, ego
Emmelina me et heredes meos per sacramen-
tum meum corporale prestitum obligavi et
per presentes litteras quas in hujus rei testimo-
nium et in confirmationem dedi sepe dictis
monachis sigilli mei munimine confirmatas.
Ego Girardus de Hayeria hanc venditionem
concessi et volui et jurejurando quicquid exinde
et de predictis ad me et heredes meos pertine-
bat et poterat pertinere et in signum favoris
presentes litteras sigilli mei munimine robo-
ravi. Actum anno Domini M° CC° XL° VII°
mense martio.

(Cart. du Val Dieu fo 23 ro col 1 et 2)

CIII Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Vilbrail miles salutem in Domino. Noveritis quod ego de assensu et voluntate Petronille uxoris mee et heredum meorum dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam domui Valleis Dei Cartusiensis ordinis et fratribus in eadem commorantibus quicquid juris habebam et habere poteram in hoc quod dicti fratres acquisierunt et acquirere poterunt in feodo Johannis de Haus hominis mei quod feodum de me tenet salvo jure meorum hominum et etiam meorum dominorum. Sane si super dictis donatione seu concessione me vel heredes meos a dominis feodi molestari contigerit dictis fratres tenebuntur nos deliberare super permissis ega dictos dominos vel dictum feodum ad illum statum reducere in quo erant ante concessionem seu donationem supradictam. Et quod hoc sit firmum et stabile in perpetuum dictis fratribus presentes dedi litteras sigilli mei munimine roboratas, per quas me et heredes meos successive ad predicta tenenda fideliter salvo penitus obligavi. Datum anno Domini M° CC° XL° VI° mense septembri.

(Cart. du Val Dieu f° 23 r° col. 2 et f° 24 r° col 1)

CIV Ego Colinus Morgnenne et Osanna uxor mea notum facimus universis quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum dedimus et concessimus in puram et perpetuam elemosinam domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis quicquid habebamus in quodam prato quod habebamus communiter cum Odone Barberi; quod pratum jungitur ex una parte terre quam vendidit Mathelinus de Olineto dicte domui de assensu et voluntate nostra et terre au Berruiers et ex alia parte aque de Commiauche et abbatat prato quod elemosinaverunt Lespiaus. Dictum pratum dicte domui et monachis ejusdem domus in perpetuum jure elemosine libere et quiete de rebus omnibus possidendum, et ad dictum pratum elemosinatum dicte domui et monachis ejusdem domus defendendum et garantizandum de omnibus rebus, pertinentiis omnibus et exactionibus ad quoscumque pertinentibus liberum et quietum. nos obligavimus nos et heredes nostros et omnes res nostras mobiles et hereditarias presentes et futuras et residuum bonis hereditatis nostre ubicumque sit et unicumque ad nos possit in posterum devenire. Et ego Colinus et Osanna uxor mea in hujus rei testimonium predicte domui Vallis Dei presentes litteras dedimus sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Datum anno Domini M° CC° XL° VIII°

(Cart. du Val Dieu f° 25 r° col. 1)

CV Ego Robertus Guerri et Milesendis uxor mea notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos unam petiam terre quam habebamus apud la Pieliere in parochia de Biviler que erat de maritagio de Melisende, que terra acostat ex una parte alii terre nostre de maritagio ejus dicte Melisendis et ex alia terre Radulphi Baboin et ab inferius affrontat ex una parte terre Radulphi Bellion et ab superius chemino per quod itur a Pertico apud Coldretum Peblane, dedimus hominibus de Valle Dei in perpetuam elemosinam liberam et immunem de omnibus rebus ad nos et heredes nostros et ad quoscumque alios pertinentibus ad excambiendam ubicumque valuerint vel ad suam voluntatem quibuscumque modis eis placuerit faciendam et omnia servicia que de dicta petia terre dominis feodi debebamus de assensu dicti Radulphi Baboin de quo tenebamus eam in capite et aliam terram nostram quam de eo tenemus penitus

habito autem elemosinationem tenendam fideliter et firmiter servandam et garantizandam sub dicta forma in perpetuum. Nos et dictus Radulphus Baboin qui eidem elemosinationi sub dicta forma facere benignum prebuit assensum et eam manucepit garantizandam contra omnes homines sicut predictum est firmavimus prestitis corporaliter juramentis et perinde nos XII libras et dictus Radulphus XL solidos recepimus de bonorum hominum caritate et ne nos et idem Radulphus vel heredes nostri contra predicta venire quod absit valeamus in futurum dictis hominibus presentem dedimus paginam predictorum testimonialem sigillorum nostrorum testimoniis roboratam. Dicto Radulpho Baboin sigilli sui testimonium ad majorem predictorum confirmationem insuper apponente. Actum anno ab Incarnatione Domini M° CC° XX° IV° mense februario.

(Cart. du Val Dieu fo 25 r° col. 1 et 2)

CVI Universis presentes litteras inspecturis presbiter ecclesie Sancti Petri de Maurris salutem in Domino. Noveritis quod defunctus Stephanus de Homerai in ordinatione testamenti sui ecclesie et fratribus de Valle Dei legavit grandam noalh sitam juxta terram Victorum fratrum in puram elemosinam perpetuo possidendam nobis et Clemente Bonhomme, Martino de Valengelier et Stephano de Broilio executoribus testamenti sui et multis aliis fide dignis presentibus pro salute anime sue et antecessorum suorum et pro anniversario suo in eadem ecclesia perpetuo faciendo; nos vero veritati testimonium prohibentes litteras istas sigillo nostre ecclesie fecimus roborandas quas ad perpetuum super hoc testimonium quando necesse fuerit forte non possemus personaliter interesse. Actum anno Domini M° CC° 4° IV° in vigilia Assumptionis Beate Marie.

(Cart. de Val Dieu f° 25 v° col. 1)

CVII Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus de Corbiel salutem in Domino. Noverint universi quod ego pro salute anime mee et antecessorum meorum dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam priori et fratribus domus de Valle Dei Cartusiensis ordinis et dicte domui mee omnia stramina decime meditarie mee de Tarneio ad grangiam meam venientis et duos maquerellos quos mihi debebat thesaurarii ecclesie Sancti Medardi de Raignon annuatim omnia predicta tenenda et habenda predictis priori et fratribus et dicte domui mee et jure hereditario perpetuo possidenda absque contradictione seu reclamatione aliqua mei vel heredum meorum super hoc de cetero faciendo et eo jure et eo modo quibus ea tenebam et possidebam. In cujus rei testimonium et confirmationem predictis priori et fratribus et dicte domui mee presentes dedi litteras sigillo meo sigillatas per quas ad hoc me et heredes meos volui penitus obligari. Actum anno Domini M° CC° LX° mense martio.

(Cart. du Val Dieu f° 95 v° col. 1)

CVIII Ego Gaufridus Dominus Yllesii, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ego de assensu et voluntate Alyxie uxoris mee et aliorum heredum meorum vendidi et concessi in puram et perpetuam elemosinam fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis quic-quid habebam in terris et in pratis que hoc tempore haberent in feodo meo de Boviers, salvis serviciis dominorum meorum pro remedio anime mee et antecessorum nostrorum dictis fratribus habendum et possidendum libere in omnibus pacifice et quiete. In cujus rei testimonium dedi dictis fratribus presentes litteras sigilli mei munimine confirmatas. Actum anno gratie M° CC° XL° octavo, mense julio.

(Cart du Val Dieu f° 25 col 1 r°)

(Voir charte CCC XVII qui est la même)

CIX Ego Ranaudus Dux de la Poterie notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ego pro salute et remedio anime mee et parentum meorum dedi et concessi patribus Valleris Dei Cartusiensis ordinis in puram et perpetuam elemosinam post decessum meum omnia mobilia mea quecumque inventa fuerint et omnia alia quecumque et qualiacumque sint, excepto jure parochiali, ita quod de cetero non possum facere aliqua legata nec aliqui aliquid dare de rebus meis nisi de ipsorum voluntate. Et in hujus rei testimonium dictis patribus presentem dedi cedulam testimonio sigilli mei sigillatam. Datum anno gratie M° CC° XL° IX° mense septembris.

(Cart. du Val Dieu f° 25 r° col. 2)

CIX Ego Ermandus Dux de la Poterie motum fa-
cio universis presentes litteras inspecturis,
quod ego pro salute et remedio anime mee
et parentum meorum dedi et concessi fratribus
Vallis Dei Cartusiensis ordinis in puram ele-
mosinam post decessum meum omnia
mobilia mea ubicumque inventa fuerint
et omnia alia quecumque et qualiacumque
sint excepto jure parochiali, ita quod
dictum non possumus facere aliqua legata
vel alicui aliquid dare de rebus meis nisi de
ipsorum voluntate, et in hujus rei testi-
monium dictis fratribus presentem dedi
eidem testimonio sigilli mei sigillatam.
Datum anno gratie millesimo CC°. XL°. IX°
mense septembris.

(Cart. de Val-Dieu f° 25 r° col. 2)

(cette charte est transcrite deux fois
CIX)

Ego Materus de Oliveto et Habilia la Clarelle
uxor mea notum facimus universis quod
nos de assensu et voluntate omnium
heredum nostrorum dedimus et concessi-
mus pro salute animarum nostri et an-
tecessorum nostrorum in puram liberam
et perpetuam elemosinam ecclesie Vallis Dei
Cathusiensis ordinis quintam partem tocius
hereditatis nostre quam habemus in par-
rochia Sancti Victurii tam in pratis
quam in domibus et pasturis et bosco et vin
gulto et in terra aratibi que hereditas jun-
gitur ex una parte terre au Berruiers et
ex altera parte terre a la Meresse et abotat
superius terre Gaufridi dicti Harenc et terre
quam excolit Odo Suberii et terre Mahei
Biel et abotat inferius prato Odonis Suberi
et prato Garini Biel et residuum tocius dic-
te hereditatis vendidimus et concessimus
priori et conventui dicte domus Vallis Dei
pro xvi libris turonensibus quas habuimus
ab eisdem dictam hereditatem totam cum
omnibus pertinentiis ejusdem sicut se pos-
sidet cum fructibus qui in ea sunt eisdem
libere et quicte tenenda jure libere elemo-
sine et emptionis nuel in perpetuum pos-
sidendam faciendo exinde debitricia capi-
talium dominorum feodi et hoc insuper est
adjectum quod si aliquis de nostro genere
dictam venditionem velit retrahere quinta
pars dicte hereditatis dicte domui Vallis Dei
in puram elemosinam remanebit libere
et quicte de omnibus exactionibus et servi-
ciis et rebus aliis in perpetuum possiden-
dam. Et ad hoc tenendum ego Materus et Ha-
bilia uxor mea que ad hoc se consensit volun
tate spontanea non coacta, nos astrinximus
per corporalia sacramenta et per presentes
litteras quas eisdem dedimus in hujus rei
testimonium sigillorum nostrorum muni-
mine confirmatas. Et ego Garinus Biel
dominus feodi qui dictam venditionem
et elemosinam puram et liberam sicut
dictum est superius, laudo, approbo et

cx. 2 concedo salvis serviciis Dominorum feodi sigillum meum presentibus apponere signum dixi hut predicta majoris holum obtineatat firmitatis. Datum anno Domini M° C°C° X L° VII° mense aprilis.

(Cart. du Val Dieu f° 25 v° col. 2 f° 25 b. 1° col 1)

CXI Universis presentes litteras Christi fidelibus inspecturis, superius habetur.

cx Ego Materitus de Oliveto et Mabilia Laidarelle uxor mea notum facimus universis quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendimus et concessimus pro salute animarum nostri et antecessorum nostrorum in puram liberam et perpetuam elemosinam ecclesie Vallis Dei Cartusiensis ordinis quintam partem tocius hereditatis nostre quam habemus in parochia Sancti Victurii tam in pratis quam in domibus et pasturis et bosco et virgulto et in terra aratibili que hereditas jungitur ex una parte terre an Berruiers et ex altera parte terre a la Yeresse et abotat superius terre Ganfridi dicti Hoarem et terre quam excolit Odo Suberi et terre Mahei Piel et abotat inferius prato Odonis Suberi et prato Garini Piel, et residuum tocius dicte hereditatis vendidimus et concessimus priori et conventui dicte domus Vallis Dei pro xvi libris turonensibus quas habuimus ab eisdem, dictam hereditatem totam cum omnibus pertinenciis ejusdem sicut se possidet cum fructibus qui in ea sunt eisdem libere et quiete tenenda jure libere elemosine et emptionis sue in perpetuum possidendam faciendo exinde servicia capitalium dominorum feodi. et hoc insuper est adjectum quod si aliquis de nostro genere dictam venditionem velit retrahere quinta pars dicte hereditatis dicte domus Vallis Dei in puram elemosinam remanebit libere et quiete de omnibus exactionibus et servicio et rebus aliis in perpetuum possidenda. Et ad hoc tenendum ego Materitus et dicta Mabilia uxor mea que ad hoc se consentit voluntate spontanea non coacta nos astrinximus per corporalia sacramenta et per presentes litteras quas eisdem dedimus in hujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Et ego Garinus Piel dominus feodi qui dictam venditionem et

(x.(9) et donationem puram et liberam sicut est superius, laudo, approbo et concedo salvis servitiis dominorum feodi sigillum meum presentibus apponere dignum duxi ut predicta maiorem robur obtineant firmitatis. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° mense aprilis.

(Cart. du Val Dieu f° 25 r° col. 2; f° 25 bis r° col. 1)

(XI Universis presentes litteras etc. superius habetur.

CXII Omnibus tam presentibus quam futuris ego Cristianus dictus Rousel de Trestula Innotum facio quo ego pro amore Dei et pro salute anime mee viris religiosis Guillelmo priori et conventui Vallis Dei concessi in puram et perpetuam elemosinam et volui quod ipsi teneant et possideant in perpetuam elemosinam libere de omnibus serviciis et de omnibus rebus pertinentibus ad me et heredes meos quoquomodo in futurum totam hereditatem quam ipsi acquisierant a Gaufrido de Pontel et a suis patribus vel ab aliis quibuscumque in meo feodo de Chanderon; postea vero ego vendidi eisdem monachis quicquid juris et dominii et districtus habebam et habiturus eram in toto dicto feodo de Chanderon et in rarassoribus et rerarassoribus illius feodi pro centum solidis mihi persolutis et attornati eisdem Stephanum Brunenc qui erat meus homo exinde ut est faceret quicquid pro me vel pro meis heredibus facere tenebatur in futurum et nichil mihi et meis heredibus retinui in toto feodo nominato. Ad hoc autem garantizandum et defendendum contra omnes dictis monachis sabois serviciis omnibus alionum omnium dominorum meorum illius feodi qui ipsi facient per manum meam quandiu eis placuerit et non amplius ego dictus Cristianus et Maria uxor mea prestitis corporaliter sacramentis obligavimus nos et nostros heredes sine reclamatione nostri in futurum. In cujus rei testimonium et confirmationem nos fecimus presentes litteras predictis monachis sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° XL° VII°, mense februario.

(Cart du Val Dieu f° 95 bis r° col. 1 et 2)

CXII Omnibus tam presentibus quam futuris ego Christianus dictus Rousel de Trestela, notum facio quod ego pro amore dicti et pro salute ~~sancte~~ ~~sue~~ et anime mee uxoris religiosis Guillelmo priori et conventui Vallis Dei concessi in puram et perpetuam elemosinam et volui quod ipsi tenant et possideant in perpetuam elemosinam libere de omnibus servitiis et de omnibus rebus pertinentibus ad me et heredes meos quoquo modo in futurum totam hereditatem quam ipsi acquisierant a Gaufrido de Porta et a suis fratribus vel ab aliis quibuscumque in theo feodo de Chanderon; postea vero ego vendidi eisdem monachis quicquid juris et dominii et districtus habebam et habiturus eram in toto dicto feodo de Chanderon et in varassoribus et revarassoribus illius feodi pro centum solidis mihi persolutis et attornavi eisdem Stephanum Brunere qui erat meus homo exinde ut ~~ei~~ eis faceret quicquid pro me vel pro meis heredibus facere tenebatur in futurum et nihil mihi et meis heredibus retinui in toto feodo nominato. Et hoc autem garantizandum et defendendum contra omnes dictis monachis salvis servitiis omnibus aliorum omnium dominorum meorum illius feodi quod ipsi facient per manum meam quandiu eis placuerit et non amplius, ego dictus Christianus et Maria uxor mea predictis corporaliter sacramentis obligavimus nos et nostros heredes sine reclamatione nostri in futurum. In cujus rei testimonium et confirmationem nos dedimus presentes litteras predictis monachis sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno Domini M°CC° XL° VII° mense februario.

(Cart du Val Dieu f° 25 bis r° col. 1 et 2)

CXIII Ego Petrus de Boviers notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego de assensu et voluntate Guiburgis matris mee dedi et concessi caritative in puram et perpetuam elemosinam domui Vallis Dei quintam partem cujusdam petie terre et cujusdam nod que habebam de mediatate de Boviers, que petia terre de novo dividitur a dicta medietaria ex una parte et ex altera parte jungitur terre quam comparaverunt prior et conventus Vallis Dei a Michaele de Boviers et afrontat ex una parte terre Stephani Brunenc et ex altera cum dicta noa usque vozctum et noa predicta afrontat ex una parte terre Girardi Pelichodr et ex altera noie de medietaria predicta, et residuum predicte terre et noe vendidi et concessi Guillelmo priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro X et VIII libris turonensibus mihi ab eisdem plenarie persolutis predictam terram et noam predictis priori et conventui in perpetuum possidendas libere et quite de omnibus rebus ad quoscumque pertinentibus, salvis rationalibus auxiliis feodalium dominorum. Concessi insuper dictis priori et conventui quod ipsi habeant et faciant vozctum sufficiens in terra nostra ad abeundum aquam de fonte de Boviers ad adaquandum dictam noam et ad predicta tenenda firmiter et fideliter garantizanda sub dicta forma. Ego Petrus et dicta Guiburgis mater mea nos obligavimus per corporalia sacramenta et per presentes litteras quas eisdem priori et conventui dedimus in hujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine confirmatas, per quas ego Petrus et dicta Guiburgis mater mea heredes nostros ad predicta tenenda et garantizanda dicto modo volumus obli-

CXIII gari. Et ego Garinus de Boviers dominus
predi qui dictam denominationem et ven-
ditionem laudo et concedo cum dicto pago-
to quod faciant prior et conventus predicti
ad agnam intendam sicut dictum est
libere et quicte de omnibus rebus ad predi cum-
que pertinentibus, obligans me et heredes
meos ad predicta tenenda et defendenda
de omnibus talvis rationalibus auxiliis
aliorum predi dominorum. In hujus rei
testimonium sigillum meum presentibus
apponere dignum duxi. Datum anno
Dominii M° CC° XL° VII° mense martio.

(Cart. du Val Dieu f° 25 r° col. 2 et v° col. 1)

CXIII Ego Petrus de Boviers, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego de assensu et voluntate Guiburgis matris mee vendi et concessi caritative in puram et perpetuam elemosinam domui Valeis Dei quintam partem cujusdam pecie terre et cujusdam noe quam habebam de meditaria de Boviers, que pecia terre de novo dividitur a dicta meditaria ex una parte et ex altera parte jungitur terre quam comparaverunt prior et conventus Valeis Dei a Michaele de Boviers et afrontat ex una parte terre Stephani Brumenc, et ex altera cum dicta noa usque fozetum; et noa predicta afrontat ex una parte terre Girardi Belichard et ex altera mois de meditaria predicta et residuum predicte terre et noe. Vendidi et concessi Guillelmo priori et conventui Valeis Dei Cartusiensis ordinis pro XX et VIII libris turonensibus mihi ab eisdem plenarie persolutis predictam terram et noam predictis priori et conventui in perpetuum possidendam liberam et quietam de omnibus rebus ad quoscumque pertinentibus salvis tamen rationabilibus auxiliis feodalium dominorum. Concessi insuper dictis priori et conventui quod ipsi haberent et facerent fozetum sufficiens in terra nostra ad incendendam aquam de fonte de Boviers ad adaquandam dictam noam et ad predicta tenenda firmiter et fideliter garantizanda sub dicta forma. Ego Petrus et Guiburgis mater mea nos obligavimus per corporalia sacramenta et per presentes litteras quas eisdem priori et conventui dedimus in hujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine confirmatas per quas ego Petrus et dicta Guiburgis mater mea heredes nostros ad predicta tenenda et garantizanda dicto modo voluimus obligari. Et ego Garinus de Boviers dominus feodi hujus dictam elemosinationem et venditionem laudo approbo et concedo cum dicto fozeto quod faciunt fratres et conventus predicti ad aquam incendam sicut dictum est libere et quiete de omnibus rebus ad quoscumque pertinentibus, obligans me et heredes meos ad predicta tenenda

CXIII (c) et defendat de omnibus salvis rationabilibus auxiliis aliorum feodi dominorum. In hujus rei testimonium sigillum meum presentibus apponere dignum duxi. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° mense martio.

(Cart. du Val-Dieu f° 25 bis n° vol. 2 n° vol. 1)

CXIV Ego Michael de Boviers, notum facio universis
presentes litteras inspecturis quod ego de assensu
et voluntate Richeudis uxoris mee et omnium heredum meorum caritative dedi
et concessi in liberam et puram et perpetuam elemosinam domui Vallis Dei
Cartusiensis ordinis totius hereditatis quam
habebam vel habere poteram in meitairia
de Boviers in parochia de Villers, quintam
partem, et totum residuum totius ejusdem
hereditatis que sita est inter terram
Girardi Pelichon et terram quam compera-
verunt prior et conventus Vallis Dei a
Petro de Boviers, vendidi et concessi Guil-
lelmo priori et conventui predicte domus
pro XV libris turonensibus mihi ab eisdem
integre persolutis totam dictam hereditá-
tem dictis priori et conventui libere et quiete
de omnibus rebus ad quoscumque pertinen
tibus possidendam in perpetuum jure
emptionis sine salvis rationalibus auxiliis
feodalium dominorum et ad hanc ele-
mosinam puram et liberam et dictam
venditionem sicut dictum est garantigandam
et contra omnes defendendam, nos obliga-
mus per corporalia sacramenta et per pre-
sentes litteras quas eisdem priori et conventui
dedimus in hujus rei testimonium sigil-
lorum nostrorum munimine confirma-
tas per quas obligavimus nos et heredes nos-
tros ad predicta tenenda fideliter et fide-
liter garantiganda; et ego Garinus de Boviers
dominus feodi qui dictam elemosinationem
et dictam venditionem laudo et approbo et
concedo in perpetuum liberam et quietam de
omnibus debitis ad me et heredes meos ad
predicta tenenda et defendenda de omnibus
salvis rationalibus auxiliis aliorum feodi
dominorum. In hujus rei testimonium
sigillum meum presentibus apponere dignum
duxi. Datum anno Domini M° CC° XL° VII°
mense martio.

(Cartul. Val Dieu f° 25 r° col. 1 et 2)

(XIV Ego Michael de Boviers notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ego de assensu et voluntate Richerdis uxoris mee et omnium heredum meorum caritative dedi et concessi in liberam, puram et perpetuam elemosinam domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis bocius hereditatis quam habebam vel habere poteram in meo Victaria de Boviers in parochia de Vilers, quicquam partem et totum residuum bocius ejusdem hereditatis que sita est inter terram Girardi Pelichon et terram quam comperaverunt prior et conventus Vallis Dei a Petro de Boviers. Venditi et concessi Guillelmo priori et conventui predicte domus pro XV libris turonensibus michi ab eisdem integre persolutis totam dictam hereditatem dictis priori et conventui libere et quiete de omnibus rebus ad quoscumque pertinentibus possidendam in perpetuum jure elemosine sine ullis rationabilibus auxiliis feodalium dominorum et ad hanc elemosinam puram et liberam et dictam venditionem sicut dictum est garantizanda et contra omnes defendendam. Nos obligamus per corporalia sacramenta et per presentes litteras quas eisdem priori et conventui dedimus in hujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine confirmatas per quas obligavimus nos et heredes nostros ad predicta tenenda firmiter et fideliter garantizanda. Et ego Garinus de Boviers dominus feodi predictam elemosinationem et dictam venditionem laudo, approbo et concedo in perpetuum liberam et quietam de omnibus rebus ad me et heredes meos pertinentibus, obligans me et heredes meos ad predicta tenenda et defendenda de omnibus salvis rationabilibus auxiliis aliorum feodi dominorum. In hujus rei testimonium sigillum meum presentibus apponere dignum duxi. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° mense martio.

(Cart. du Val-Dieu f° 25 bis v° col. 1 et 2)

cxv Universis presentes litteras inspecturis Nicholaus
dictus Chaisete et Johannes dictus Valee et
Gaufridus dictus Cholisete fratres ejusdem Nicholai
salutem in Domino. Noveritis quod nos de com-
muni nostro assensu dedimus et concessimus
in elemosinam priori et fratribus Valeis Dei
Cartusiensis ordinis quidquam partem loci
illius hereditatis nostre quam nos habebamus
et habere poteramus apud Noermoux in
parochia de Jenis ipsis priori et fratribus
hereditarie et perhenditus; quiete, libere in
puram elemosinam et liberam ab omnibus
exactis possidendam. Insuper nos de com-
muni nostro assensu vendidimus et no-
mine venditionis concessimus predictis
priori et fratribus pro IX libris et dimidio
turonensibus quas integre habuimus et re-
cepimus in denariis numeratis de quibus
nos tenemus pro pagatis quatuor quartes
loci dicte hereditatis videlicet quicquid hereditа-
tis et quicquid juris nos habebamus ibi et
habere poteramus in dicta parochia de Jenis
sicut eadem hereditas se possidet in terris,
pratis et pasturis campertagio et in quibuscumque
rebus aliis, tenendum et habendum predictis
priori et fratribus libere et quiete et jure emp-
tionis sive hereditarie et perhenditus pacifi-
ce possidendum salvis servitiis feodalium
dominorum; nos quidem super sacrosancta
juravimus quod in dicta hereditate quam
vendidimus et cujus quartam partem
in elemosinam donavimus nichil de cetero
reclamabimus nec faciemus per aliquem
reclamare. Quia nos transtulimus per
traditionem presentis carte in ipsos prio-
rem et fratres emptores omne jus et domi-
nium proprietatem et possessionem quod
omnia nos in dicta hereditate habeba-
mus et habere poteramus quacumque
ratione sive causa. Tenebimur nos et nostri
heredes dictam hereditatem tenemus deli-
berare predictis priori et fratribus et ga-
rantire et defendere contra omnes ad usus
et consuetudines
generales. Ad

CXV. 2) hec omnia autem et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum predictus prior et fratribus Vallis Dei ac eorundem successoribus ego predictus Nicholaus et ego Johannes et ego Garnerius fratres ejus dicti Nicolai obligamus nos et nostros heredes et volumus penitus obligari per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno gratie M° CC° LXX° primo, mense julii.

(Cart. de Val Dieu f° 25 r° col. 2 et f° 26 r° col. 1)

CXVI Ego Guillelmus Hardi etc superius habetur.

CXV Universis presentes litteras inspecturis Nicho-
laus dictus Chouseta et Johannes dictus Valee
et Gaufridus dictus Chouseta fratres ejusdem Nicho-
lai salutem in Domino. Noveritis quod nos
de communi nostro assensu vendimus et con-
cessimus in elemosina priori et conventui et
fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis quintam
partem tocius illius hereditatis nostre quam
nos habebamus et habere poteramus apud
Nemousum in parochia de Jeppis ipsis priori
et fratribus hereditarie et perhenniter quicte
et libere in puram elemosinam et liberam
ab omnibus pacifice possidendam. Insuper
nos de communi nostro assensu vendidimus
et nove venditionis concessimus predictis
priori et fratribus pro IX libris et dimidio
turonensibus quas integre habuimus et rece-
pimus in denariis numeratis de quibus
nos tenemus pro pagatis quatuor partes to-
cius dicte hereditatis, videlicet quicquid hereditatis
et quicquid juris nos habebamus et habere
poteramus in dicta parochia de Jeppis sicut
eadem hereditas se possidet in terris, pratis
et pasturis, campertagio et in quibus cumque rebus
aliis, tenendum et habendum predictis priori
et fratribus libere et quicte et jure emptionis
sue hereditarie et perhenniter pacifice possi-
dendum salvis serviciis feodalibus Dominorum.
Nos quidem super sacrosancta juravimus quod
in dicta hereditate quam vendidimus et
cujus quintam partem in elemosinam do-
navimus nichil de cetero reclamabimus
nec faciemus per aliquem reclamare, quia
nos transtulimus pro traditione presentis
carte in ipsos priorem et fratres emptores
omne jus et dominium proprietatem et
possessionem que omnia nos et nostri he-
redes dictam hereditatem tenemur deli-
berare predictis priori et fratribus et garantire
et defendere contra omnes ad usus et consue-
tudines generales. Ad hec omnia autem
et singula supradicta tenenda firmiter in
perpetuum predictis priori et fratribus
Vallis-Dei eorumdem successoribus,

(xv (2) ego predictus Nicholaus et ego Johannes et ego Burgridus fratres ejusdem Nicholai, obligamus nos et heredes nostros et volumus permittus obligari per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno gratie M° CCC LXX° primo, mense julii.

(Cart. de Val Dieu f° 25 b r° col. 2) et f° 26 r° col. 1)

CXVI Ego Guillelmus Hardi etc. superius habetur.

janvier 1247

Reconnaissance par Robert de Chanderon et Hameline son épouse d'une rente annuelle de XXII sous due à la Chartreuse du Val Dieu.

CXVII Ego Robertus de Chanderon et Hamelina uxor mea notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos debemus priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis XXII solidos turonenses annui redditus apud vallem Dei persolvendos videlicet medietatem infra octabas omnium Sanctorum et aliam infra octabas beati Andree apostoli pro hebergamento et pro terra et pro prato et pro noal que dicti prior et conventus acquisierunt apud Chanderon a ministro et fratribus beati Eligii juxta Trecassinam ordinis sancte Trinitatis et captorum talibus quod si nos vel heredes nostri aliquando a solutione dicte pecunie defecerimus terminis prenominatis omnia predicta cum parte nostra de campo de Pintart quam prosuimus et contraplegium ipsis libere et pacifice resolventur et nos et heredes nostri in predictis nichil poterimus de cetero reclamare. In cujus rei testimonium ego Robertus et Hamelina uxor mea predictis priori et conventui dedimus nostras litteras sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° mense januarii.

(Cart. du Val Dieu fo 2c ro col. 1)

CXVII. Ego Robertus de Chanderon et Hamelina uxor mea, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos debemus priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis XXII solidos turonenses annui redditus apud Vallem Dei persolvendos videlicet medietatem infra octabas omnium sanctorum et aliam infra octabas Beati Andree apostoli pro hebergamento et pro terra et pro prato et pro noalgue dicti prior et conventus acquisierunt apud Chanderon a ministro et fratribus beati Elizii juxta Mauritaniam ordinis sancte Trinitatis et captivorum taliter quod si nos vel heredes nostri aliquando la solutione dicte pecunie defecerimus terminis prenotatis omnia predicta cum parte nostra de campo de Sintart, quam fossimus in contraplegium ipsis libere et pacifice deveniantur et nos et heredes nostri in predictis nichil poterimus de cetero reclamare. In cujus rei testimonium ego Robertus et Hamelina uxor mea predictis priori et conventui dedimus nostras litteras sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° mense januarii.

(Cart. du Val Dieu f° 27 r° col. 1)

CVIII Universis presentes litteras inspecturis Nicholaus Bocherius de Sancto Medardo, salutem, in Domino. Noveritis quod ego de assensu Alexis uxoris mee et omnium heredum meorum vendidi pro IX libris turonensibus mihi persolutis Guillelmo priori de Domno Vallis Dei et ejusdem loci libertis hominibus quamdam peciam terre recipientem duo bestaria et unam minam seminis quam habueram in maritagio cum predicta uxore mea et affrontat predicta terra terre Robini de Fonte et ad hec tenenda in perpetuum et garantizanda ego Nicholaus et Alexis uxor mea nos et heredes nostros successive obligavimus corporali prestito juramento ita quod nos nec heredes nostri in predicta terra nichil de cetero poterimus querere vel reclamare. In horum omnium testimonium presentem paginam sigillorum nostrorum munimine voluimus roborari. Actum anno Domini M° CC° XL° VII°, mense januario.

(Cart du Val Dieu f° 27 r° col. 1)

CXVIII Universis presentes litteras inspecturis Nicholaus Bocherius de Sancto Medardo, salutem in Domino
Noveritis quod ego de assensu Elexis uxoris mee et omnium heredum meorum vendidi pro IX libris turonensibus mihi persolutis Guillelmo priori Vallis Dei et ejusdem loci hominibus quamdam peciam terre recipientem duo sextaria et unam eminam seminis quam habueram in maritagio cum predicta uxore mea et affrontat predicta terra terre Robini de Fonte et ad hec tenenda in perpetuum et garantizanda, ego Nicholaus et Elexis uxor mea nos et heredes nostros successive obligavimus corporali prestito juramento ita quod nos nec heredes nostri in predicta terra nichil de cetero poterimus querere vel reclamare. In horum omnium testimonium presentem paginam sigillorum nostrorum munimine voluimus roborari. Actum anno Domini M° CC° XL° VIII° mense januario.

(Cart de Val Dieu f° 27 r° col. 1)

CXIX Ego Guillelmus Hersine et Heloisis uxor mea notum facimus universis quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus et concessimus priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro LX et V solidis turonensibus nobis ab eisdem integre persolutis quamdam peciam terre quam nos habebamus sitam in parrochia Sancti Medardi de Reignou que tenet peciam affrontat ex una parte terre quam tenebat defunctus Guillelmus presbiter de monachis de Craya et ex alia parte burgesie defuncti Radulphi Perilete et jungitur ex una parte terre leprosarie. Tota dicta pecia terre sicut se possidet habenda et possidenda dictis priori et conventui dicte domus in perpetuum jure emptionis sue libere et quiete de rebus omnibus pertinentibus ad quoscumque quos denarios recipiemus annuatim in dicta domo Vallis Dei in festo resurrectionis Domini et in hujus rei testimonium nos astrinximus per corporalia sacramenta et per presentes litteras quas dictis priori et conventui dedimus sigillis nostris confirmatas; per quas obligavimus nos et heredes nostros; et redditum totum locius hereditatis nostre ubicumque sit, ad predictam terre peciam predictis priori et conventui defendendam et deliberandam et garantizandam modo superius annotato. Insuper ego Thomas de Longaunoio miles qui dictam venditionem laudo et approbo et concedo liberam et quietam sicut superius est expressum salvis servitiis meis sigillum meum presentibus apponere dignum duxi. Actum anno Dominici M° CC° XL° VIII°, mense novembris.

(Cart. de Val-Dieu fo 27 vo col. 2)

(x x Universis presentes litteras inspecturis Andreas de Pechou salutem in Domino. Noverint universi presentes ac posteri quod ego Andreas de Pechou, de assensu Agnetis mee uxoris et heredum meorum vendidi viris religiosis Guillelmo et priori et conventui Valeti Dei pro xII libris turonensibus mihi ab eisdem integre persolutis viginti et quinque solidos annui redditus monete usualis in Corbonneto annuatim in festo omnium sanctorum eisdem fratribus persolvendos de me et de meis heredibus libere de omnibus rebus et illum redditum viginti et quinque solidorum assignavi capiendum et percipiendum dictis fratribus annuatim in futurum super prato meo quod habeo situm prope hebergamentum meum de Pechou juxta pratol quod vocatur pratum rotundum inter villetam et inter cheminum per quod itur de Terris apud Mansas et super totta terra mea quam habeo sitam inter hebergamentum meum dictum et cheminum dictum et aboostat terre Johannis de Pechou cheminо interposito per quod itur de Pechou apud Mauridiamum et affrontat hebergamento meo dicto. quam terram et quod pratum posui dictis fratribus in complegium sub hac forma

ego Andreas dictus vel heredes mei de persolutione dicti redditus viginti et quinque solidorum defecimus in dicto festo omnium sanctorum vel infra octabas dictis fratribus. tam cito tota dicta terra cum dicto prato sicut se possident cum omnibus suis pertinentiis remanet ad dictos monachos eisdem habenda et possidenda in puram et perpetuam possessionem et liberam de omnibus herbagiis et de omnibus aliis omnibus rebus pertinentibus ad quoscumque. et super aliam totam terram meam convenit et detinui omnia servicia exinde debita quibuscumque. ad quod garantizandum contra omnes et deliberandum de omnibus in futurum sub forma dicta predictis fratribus. ego dictus Andreas de

(xx (2) de Seccon et Vida Agnes mea uxor per nostra sacramenta corporaliter posita nos et nostros heredes obligavimus successive. In cujus rei testimonium et confirmationem nos devimus predictis fratribus presentes litteras sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Ego Ermaldus de Villa peror dominus illius feodi ad petitio. nem comun ad majorem confirmationem hujus rei hanc vendicionem volens et concedens sub forma Vida presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M° CC° XL° V° mense februario.

(Cart du Val Dieu f° 28 v° col 1)

(XXI Ego Guillelmus de Chatelers et Haloysis uxor mea notum facimus universis quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus et concessimus viris religiosis priori et conventui domus Valeis Dei Cistersiensis ordinis quicquid habebamus in pratis communibus molis et Roberto de Fonte et aliis heredibus de Lagouvere citra aquam de Chanderon, ex parte Soterie. Omnia predicta prata que nos habemus vel habere possemus in communione predicta habenda et possidenda, priori et conventui dicte domus in perpetuum jure emptionis sue libere et quiete de rebus omnibus ad nos et heredes nostros pertinentibus pro IV^or libris et tribus solidis turonensibus quos habuimus ab eisdem in pecunia numerata. Et in hujus rei testimonium nos astrinximus per corporalia sacramenta et per hec presentes litteras quas eisdem delimus, In hujus rei testimonium sigillis nostris confirmatas per quas obligavimus nos et heredes nostros ad predicta tenenda et garantizanda de omnibus in perpetuum priori et conventui dicte domus. Datum anno Domini M° CC° XL° VIII°, mense novembris.

(Cart du Val Dieu f° 28 v° col 2)

CXXII Ego Michael Victus Boucert faber et ego Gremchirgis ejus uxor et ego Helloris mater dicti Michaelis et nos Johannes Bartholomeus et Colinus fratres ejusdem Michaelis et ego Hodeburgis ejus soror, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos de communi nostro assensu et omnium heredum nostrorum voluntate vendidimus et concessimus priori et fratribus de Valle Dei Cartusiensis ordinis pro XX et una libras turonensi de quibus nos dedimus dictis fratribus XX solidos ad pitantiam et dictas XX libras habuimus et recepimus in denariis numeratis de quibus nos tenemus penitus pro pagatis, XL et V solidos annui et perpetui redditus quos Michael dictus de Darris et Matildis ejus uxor et eorum heredes debebant nobis hereditarie ad festum sancti Remigii vel ad octabas de quadam hereditate quam idem Michael et ejus uxor tenent de nobis in parrochia Sancti Medardi de Reignon in feodo Girardi de Corgandre. Vendidimus ita dictos XL^a et V solidos annui et perpetui redditus habendos et percipiendos quitos et liberos de omnibus predicto priori et fratribus ac eorum successoribus per manus dicti Michaelis de Darris et heredum suorum quos ad hoc assignavimus in festo Sancti Remigii vel ad octabas annuatim libere et quiete et jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendos. Nos quidem supra sacrosancta juravimus quod in dictis XL et V solidis dictum redditus quos vendidimus et in hereditate de qua debentur nichil de cetero reclamabimus ratione dotis seu dotalicii sive quacumque alia ratione nec faciemus per aliquem reclamare, que nos transtulimus et adhuc transferimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem

CXXII (2) que omnia nos in dictis XL et V solidis annui redditus vendidimus et in hereditate de qua debetur idem redditus habebamus et habere poteramus qua-cumque ratione sive causa, ita tamen quod si dictus Michael et sui heredes de solutione dicti redditus faciendo in dicto termino aliquando defecerint predicti prior et fratres in dicta hereditate ad hoc obligata poterunt capere et tenere et nam justiciare exercere sine coactu alterius justicie donec de dicto redditu et emenda ad usum patrie eisdem fuerit integre satisfactum. Nos quidem et nostri heredes dictum redditum quem vendidimus predicto priori et fratribus teneamur deliberare de omnibus et garantizare et defendere contra omnes. In hei autem omnia et singula supra-dicta garantizanda et tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus de Valle-Dei, ego predictus Michael et ego Gremburgis ejus uxor et Heloys ejus mater et nos Johannes Bartholomeus et Colinus dicti Michaelis fratres et ego Isodeburgis ejus soror, obligavimus nos et nostros heredes et voluimus penitus obligari per presentes litteras quas eisdem confirmavimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° mense decembris.

(Cart. du Val Dieu f° 28 r° col. 1 et 2)

123

CXXIII Noverint universi presentes litteras inspecturi quod ego Michael de Parris et heredes mei et Mathildis uxor mea tenemur de cetero reddere Michaeli Boucet et ejus heredibus ad festum Sancti Remigii vel ad octabas XL et V solidos annui et perpetui redditus monete Carbonensis quem redditum debemus dicto Michaeli et ejus heredibus de quadam hereditate quam idem Michael et Helvidis mater ejus in parochia Sancti Medardi in feodo Girardi de Corgandre nobis et nostris heredibus tradiderunt pro dicto redditu perpetuo possidendam liberi et quieta de omnibus aliis serviciis excepta residentia sicut in litteris suis quas habemus plenius continetur. Nos vero Domus et herbergamentum in tali statu in quo est ad presens vel in meliori tenemur in perpetuum observare. Preterea in hoc consensimus si nos vel heredes nostri de solutione dicti redditus dicto Michaeli vel ejus heredibus ad dictum terminum faciendo defecerimus aliquin quod idem Michael et ejus heredes in omnem hereditate predicta sine coactu alterius justicie quam possit justiciam exercere donec de redditu non soluto et emenda ad usum patrie sit eis plenius satisfactum. Ad hec autem tenenda sub forma permissa dicto Michaeli et ejus heredibus ego Michael de Parris et Mathildis uxor mea obligavimus nos et heredes nostros per litteras istas sigillis nostris roboratas. Datum anno Domini M° CC° LXX°° V° mense Decembri.

(Cart du Val Dieu f° 28 1° col. 2)

CXXIV Universis presentes litteras inspecturis Michael dictus de Tarris et Mathildis ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum Michael dictus Mauceit et Helvidis ejus mater jam dudum vendidissent nobis illam hereditatem quam ipsi habebant in parochia Sancti Medardi de Reignac in feodo Girardi de Corgambe tenendam et habendam nobis et nostris heredibus hereditarie reddendo ipsis et heredibus suis XL et V solidos annui redditus cursalis monete corbonensis ad festum Sancti Remigii vel ad octabas ammatum et cum nos et nostri heredes teneamur domos et herbergamentum dicte hereditatis nobis tradite in tali statu in quo erat ad presens vel in meliori in perpetuum observare et cum nos per nostras litteras sigillis nostris sigillatas quas eisdem Michaeli et Helvidi matri sue concessimus nos et nostros heredes obligavimus ad reddendum in dicto termino predictum redditum, ita quod si de solutione dicti redditus facienda ad dictum terminum aliquin defecerimus idem Michael et mater ejus seu eorum heredes in omni hereditate predicta sine coactu alterius justicie suam possent justiciam exercere videlicet de dicto redditu non soluto et de emenda ad usum patrie esset eisdem plenius satisfactum et cum tandem predictus Michael Mauceit et ejus mater et fratres et sorores ejusdem Michaelis vendidissent priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis precio XX et unius librarum turonensium dictos XL et V solidos annui redditus quos nos ut dictum est eisdem debebamus cum omni jure justicia et districtum quod habebant et habere poterant in eadem hereditate et in pertinentiis ejusdem hereditatis nos predicti Michael de Tarris et Mathildis ejus uxor obligavimus nos et nostros heredes seu successores ad reddendum predictis priori et fratribus dictos XL et V solidos annui redditus ad festum Sancti Remigii vel ad octabas ammatim

CXXIV (2) et volumus et concedimus que domus et herbergamentum dicte hereditatis in illo statu in quo est ad presens vel in meliori in perpetuum observemus et que si nos vel nostri heredes de solutione dicti redditus faciende ad dictum terminum in toto vel in parte aligrando defecerimus ipsi prior et fratres in omni predicta hereditate et in pertinentiis sine coactu alterius justicie omni clamore cessante a parte nostra possint suam exercere justiciam donec de dicto redditu et de emenda ad usum patrie eisdem fuerit integre satisfactum. Ad hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ego predictus Michael et ego Matildis ejus uxor obligamus nos et nostros heredes et volumus penitus obligari per presentes litteras quas eisdem concedimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° primo mense septembris.

(Cart du Val Dieu f° 28 r° col 1 et 2)

CXXV Universis presentes litteras inspecturis Michael Martini et Ouvelina ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum Gaufridus de Commelche frater mei Ouvelinæ vendiderit priori Valeis Dei et fratribus cartusiensis ordinis precio xx et unius librarum turonensium quas idem Gaufridus habuit et de quibus se tenuit pro pagatus omnem illam hereditatem quam dictus Gaufridus habebat in feodo Girardi de Quincarnt apud Serrous- set mouventem ex parte Guiburgis defuncte matris ipsius Gaufridi et mei Ouvelinæ; et cum nos predicti Michael et Ouvelina de hereditate tam patris quam matris mei Ouvelinæ jamdudum parte et portione finaliter habili habuerimus de qua parte et portione nos tenemus penitus pro pagatis. Eandem nos de communi nostro assensu spontanei non coacti dictam venditionem factam sicut se possidet in terris et rebus aliis volumus et approbamus et concedimus priori et fratribus sine reclamatione nostri et heredum nostrorum hereditarie et perhenniter remanendam et pacifice possidendam. Nos quidam predicti Michael et Ouvelina soror dicti Gaufridi de Commelche venditoris super sacrosancta juravimus quod in dicta hereditate quam dictus Gaufridus frater mei Ouvelinæ vendidit predictis priori et fratribus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari. Ad quas concessionem et quitationem dicte emptionis et ad hec omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus, ego predictus Michael et ego Ouvelina ejus soror et soror dicti Gaufridi obligamus nos et heredes nostros et volumus penitus obligari per presentes litteras quas eisdem priori et fratribus contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° II° mense novembris.

(Cart. de Val Dieu f° 28 v° col 2 f° 29 r° col 1)

CXXVI Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus humilis prior monasterii beate Marie Cartusie gromopolitani, Dyocesis Tolosane ejusdem conventus salutem et sinceram in Domino caritatem. Noverint universi quod cum bone memorie Almaricus quondam comes Montisfortis et Francie constabularius dum viveret, dedisset nobis et concessisset in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime sue predecessorum et successorum suorum IVor libras Parisii annui redditus percipiendos et habendas in prepositura sua de Flouvenco carnotensis Dyocesis per manum prepositi qui pro tempore fuerit in octabis Sancti Remigii annuatim et postmodum dicto Almarico sublato de medio bone memorie Johannes quondam comes Montisfortis filius et heres dicti Almarici et domina Beatrix mater ejus relicta dicti Almaurici promisissent et dedissent in maritagium nobili domicelle Alicie quondam filie dictorum Almarici et Beatricis sororis dicti Johannis Domine de Nigella villani de Flouvenco cum prepositura et aliis pertinenciis ejusdem ab omni onere liberam ut dictum est immunem et ipsi Johannes et Beatrix exonerando dictam preposituram de Flouvenco de dictis quatuor libris parisii nobis concessis ut dictum est permutassent et assignassent nobis dictas IVor libras Parisii percipiendas a nobis annuatim in prepositura de Sparnone dicte Dyocesis Carnotensis et in termino memorato et nos nomine nostro et monasterii nostri predicti haberemus et perciperemus in dictam preposituram de Sparnone dictas IVor libras annui redditus remotas minus a monasterio nostro predicto et a partibus in quibus commoramur. Nos considerata in hoc utilitate monasterii nostri predicti cupientes ipsum redditum propter loccorum distantiam et nimis sumptuosas expensas quas nos facere dictum redditum habendum annis singulis oportebat in evidentius et propinquius monasterii nostri

CXXVI.(2) commodum applicare dictas quatuor libras Parisii annui redditus et quicquid juris et in eis haberemus de communi assensu nostro et de auctoritate et assensu speciali reverendi prioris Guillelmi miseratione divina Grationopolitani episcopi diocesani nostri pro evidenti utilitate dicti monasterii nostri vendidimus et ex causa venditionis concedimus priori et conventui Valeis Dei Lugdunensis diocesis nostri ordinis pro quinquaginta libris turonensibus quas a dictis priore et conventu recepimus et habuimus plene in solidum et integraliter in pecunia numerata et de qua pecunie summa tenemur nos penitus pro pagatis sentientes dicti monasterii nostri conditionem evidenter in hiis fieri meliorem, quem redditum a nobis venditum ut dictum est cum dominio, proprietate possessione, actione et omni jure quos in eo habebamus et habere poteramus dictis priori et conventui et eorum domui et ecclesie quitamus expresse ex venditionis predicte in futurum predicta dominium proprietatem possessionem actionem et omne jus in dictos priorem et conventum ex nunc penitus transferentes et permittimus bona fide quod contra venditionem concessionem et qua ratione predictas non veniemus in futurum. Nec aliquid de cetero juris reclamabimus in redditu supradicto immo dictum redditum venditum garantizabimus et defendemus dictis priori et conventui et eorum ecclesie ad usus et consuetudines patrie contra omnes et renunciamus in hoc facto expresse et ex certa exceptioni decepcionis cujuslibet seu lesionis exceptioni non numerate pecunie et in utilitate monasterii nostri non omnibus litteris graciis et indulgenciis impetratis a nobis et impetrandis et omni priorsus exceptioni juris et facti per quod possemus venire contra promissa vel aliquod de promissis et specialiter beneficio restitutionis in integrum. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras predictis priori et conventui dedimus sigillo nostro quo utimur sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LXX° tercio, mense maio.

(Cart du Val Dieu f° 27 r° col. 2 r° col. 1)

CXXVII Universis presentes litteras inspecturis Egidius dictus Sauvage salutem in Domino. Noveritis quod cum prior et fratres Vallis Dei Cartusiensis ordinis emerint et acquisierint de Gaufrido de Commianche et Leiarde ejus uxore omnem illam hereditatem quam idem Gaufridus et ejus uxor habebant in feodo Girardi de Guimcent, in illo scilicet feodo de quo ego dictus Egidius sum primogenitus et proto fidem et hobnagium bursaliter erga dictum Girardum de Guimcent dominum meum ego dictus Egidius de assensu et voluntate omnium heredum meorum, dictos priorem et fratres Vallis Dei de omni empcione et dicta de omni hereditate quam ipsi emerunt et quam habent in dicto feodo cujus ego sum primogenitus et dictum est associare ad mittendum et serviendum mecum in bursa et cum aliis participibus illius feodi quando de jure in ileo feodo acciderint servicia feodalium dominorum ita quod ego dictus Egidius et mei heredes dictam empcionem et hereditatem quam predicti prior et fratres habent in dicto feodo mittendo partem suam servicium dominorum quam de jure acciderint tenemur deliberare et garantire et defendere contra omnes, et usus et consuetudines patrie approbatas. Ad hec autem omnia et singula promissa tenenda firmiter in perpetuum et in dicta forma predictis priori et fratribus ac eorum successoribus ego predictus Egidius obligo me et meos heredes per presentes litteras quas eisdem contuli in sigillo meo sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° tercio mense octobris.

(Cart. du Val Dieu f° 29 r° col 1 et 2.

CXXVIII Universis presentes litteras inspecturis, Hugo de Lacorcela alio cognomine dictus Le Naghr et Haoysis uxor sua quondam relicta defuncti Hugonis dicti Menart salutem in Domino. Noveritis quod cum nos debemus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis XIII solidos annui redditus cursalis monete patrie annuatim X solidos sitos et assignatos super domum nostram sitam in villa Sancti Bedardi de Reignon et super terram ad eamdem domum pertinentem quam Garinus Dorea vendidit dicto Hugoni Menart quondam marito meo et mihi Haoysi quondam uxori sue et dictos tres solidos sitos et assignatos super terram de Marnais et cum ipsi prior et fratres debent nobis annuatim V solidos et IV or? redditus sitos et assignatos super terram sitam juxta crucem Buxalam Sancti Bedardi et super terram que fuit empta de Huberto Guillin. Tandem nos dicti Hugo de Lacorcela et Haoysis de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus et concessimus predictis priori et fratribus Vallis Dei pro IX libris turonensibus quas ab ipsis habuimus et recepimus et pro dictis XIII solidis redditus quos debebant nobis eis et quos quitaverunt nobis et nos quitavimus ipsis dictos V solidos et IV or denarios redditus quos nobis debebant duas petias terre quarum una petia sita est inter terram quam ipsi prior et fratres emerunt de Guillelmo Lescoblel ex una parte et cheminum per quod itur de molendino de Corgaudre ad Sanctum Bedardum ex altera, et alteram petiam terre sita est inter terram eleemosine Sancti Bedardi ex una parte et terram quam dicti prior et fratres emerunt de Guillelmo Lescoblel ex altera et abutat terre Johannis de Pechou. Vendidimus ita dictas duas petias terre totaliter et integre sicut se possident et quitavimus dictos V solidos et IV^{or} denarios redditus tenendos et habendos predictis priori et fratribus quite et libere ab omnibus et jure emptionis

CXXVIII (2) nec hereditarie et perhenniter pacifice possidendos et remanendos. Nos quidem predicti prior Lugo de Laconcelat et Raoys uxor mea super sacrosancta juravimus quod in dicto rendito quem quittavimus et in dictis duabus petiis terre quas vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari que nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus, dominium proprietatem et possessionem que omnia hos in duabus dictis petiis terre vendidis et in dicto rendito quittato habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Postea nos et nostri heredes dictas duas petias terre teneamur deliberare predictis priori et fratribus et garantizare et defendere contra omnes et erga omnes omnibus deservire de omnibus servicis et redibitionibus quibuscumque super aliam nostram hereditatem quam habemus in parochia Sancti Medardi de Raignou, quam ad hoc obligamus a quibuscumque gentibus et quibuscumque temporibus sit possessa. Ad hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum in dicta forsina predictis priori et fratribus ac communi successoribus hos predicti Lugo et Raoys obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° tercio mense decembri.

(Cart. de Val Dieu f° 29 r° col. 2 f° 30 r° col 1)

CXXIX Universis presentes litteras inspecturis Mathericus de Flomerai etc. cartam hanc non habemus que retracta est.

c x x x Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes minister et fratres Sancti Eligii iuxta Marritaniam ordinis Sancte Trinitatis et captivorum salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu providimus et concessimus priori et fratribus Vallis-Dei Cartusiensis ordinis pro L.a et IV.or solidis et duobus denariis quos integre habuimus et recepimus in denariis numeratis de quibus nos tenemus pro pactatis V solidos et V denarios annui hedditus cursalis monete patrie quos dominus Girardus de Sabrelou miles quondam donavit ecclesie nostre pro exanniversariis suis et perentum suorum et antecessorum suorum faciendis in eadem sitos et assignatos super quamdam medietariam sitam in parochia de Jeris sicut se possidet cum omnibus pertinentiis suis que vocatur Les Tauceis prout in testamento ipsius Girardi plenius continetur, vendidimus dictos VI solidos et V denarios annui redditus cum omni jure quod nos in dicta medietaria habebamus habendum et recipiendum predictis priori et fratribus quitte et libere et sine emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendum. Promittimus quidem bona fide quod in dicto redditu quem vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem seu per aliquos reclamari, quia nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos in dicto redditu vendito et in dicta medietaria habebamus quacumque ratione sive causa. Et hec omnia promissa tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ac comunitati successoribus, nos et successores nostros volumus penitus obligari

cxxx (?) per presentes litteras quas eisdem
contulimus in sigillo nostro sigillatas.
Datum anno Domini M° CC° LXX° V°,
mense julio.

(Cart. de Val Dieu f° 30 r° col. 2)

131

CXXI Universis presentes litteras inspecturis, Hubertus dictus Rupin et Agnes ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate vendidimus et concessimus priori et fratribus Vallis-Dei Cartusiensis ordinis pro L^a solidis turonensibus quas integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis V solidos annui redditus et perpetui cursalis monete patrie sitos et assignatos super nostrum hebergamentum et supra terram nostram de la Rupinere situm in parrochia Sancti Medardi de Regnou in feodo Domini de Corion Vendidimus ita dictos V solidos annui redditus habendos et recipiendos quitos et liberos ab omnibus serviciis et exactionibus quibuscumque predictis priori et fratribus per manus nostras et heredum nostrorum in festo Sancti Remigii annuatim et jure emptoris sue hereditarie et perhemiter pacifice possidendos ita quod si nos vel nostri heredes dictos V solidos annui redditus dictis priori et fratribus in dicto festo Sancti Remigii vel infra octabas ejusdem festi quitos et liberos ab omnibus annuatim integre non reddiderimus omne dictum hebergamentum nostrum ad hoc obligatum et omnis dicta terra nostra ad hoc obligata totaliter et integre sicut se possident ibidem manent et remanebunt ipsis priori et fratribus sine reclamatione nostri et heredum nostrorum tenendum et habendum perhemiter et hereditarie quite et libere salvis serviciis feodalium dominorum. Ad hanc autem venditionem garantizandam et ad hec omnia promissa tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ac eorumdem successoribus nos astrinximus tactis sacrosanctis et cujusque de nostri fide prestita corporali et obligavimus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° VII° mense junii.

(Cart du Val Dieu f° 30 v° col. 1)

CXXII. Universis presentes litteras inspecturis Ro-
bertus dictus Rex et Richendis ejus uxor et
Guillelmus dictus Rex filius dicti Roberti et
Richendis ejus uxor salutem in Domino. No-
veritis quod nos de communi nostro assensu
et heredum nostrorum voluntate vendidimus
et concessimus priori et fratribus Vallis-Dei
Cartusiensis ordinis pro VI libris turonensibus
quas ab ejusdis habuimus et integre recepimus
et de quibus nos tenemus pro pagatis quam-
dam petiam terre sitam inter terram dic-
torum prioris et fratrum ab utroque latere
et abutatt superius terris Raginardi Flovain et
Gaufridi Flobain et inferius ripparie de Villeta.
Vendidimus ita dictam petiam terre sitam
in feodo de Sepibus totaliter et integre sicut se
postsidet et plout dividitur et metatur teren-
dam et habendam dictis priori et fratribus quie-
te et libere ab omnibus et jure emptoris sue
hereditarie et perhenniter pacifice possidendam.
Nos quidem super sacrosancta juravimus quod
in dicta petia terre quam vendidimus nichil
de cetero reclamabimus nec faciemus reclamari
ratione dotis seu dotalicii sive quacumque alia
ratione quia nos transtulimus pro traditione
presentis instrumenti in ipsos priorem et
fratres emptores omne jus et dominium pro-
prietatem et possessionem que omnia nos in
dicta petia terre vendita habebamus et habere
poteramus quacumque ratione sive causa.
Fratres nos et nostri heredes dictam petiam
terre tenemur deliberare ipsis priori et fratribus
et garantire et defendere contra omnes quamvis
in dicto feodo de Sepibus ipsi priorx et fratres
possunt emere et acquirere de licentia do-
minorum quam habent et quam ipsi do-
mini illius feodi contulerunt. Ad hec autem
omnia et singula supradicta tenenda firmiter
in perpetuum in dicta forma predictis priori
et fratribus ego predictus Robertus et ego Guil-
lelmus ejus filius et nos Richendis et
Richendis earum uxores obligavimus nos
et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem
contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum
anno Domini M° CC° LXX° VII° mense februario.

(Cart. du Val Dieu f° 30 v° col. 2)

CXXXIII Ego Acelina relicta Iguneti johannis Chatel de Magno et ego Girardus et ego johannes filii dictorum Iguneti johannis et Aceline et ego Maria uxor dicti Girardi et ego Humbertus de Porta et ego Petronilla eius uxor et soror dictorum Girardi et johannis fratrum meorum notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos de communi nostro assensu vendidimus et concessimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro XXV libris turonensibus quas integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis omnem illam terram nostram que vocatur la Raguiniere et hereditatem sicut se possidet in terris et vasto et culto et prato et nemore et pastura et rebus aliis que terra sita est inter terram Andree Raguin ab una parte et terram Bernardi et altera et abbatat terre dictorum prioris et fratrum ab utroque capite et dictum pratum situm est inter terram ipsorum prioris et fratrum ex una parte et pratum dicti Andree Raguin et altera et abbatat prato Gilori Lesaubage. Vendidimus ita omnem dictam terram et hereditatem totaliter et integre in quibuscumque rebus se possidet tenendam et habendam dictis priori et fratribus ac eorum successoribus quite et libere et jure emptoris sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendum salvis serviciis feodalibus dominorum. Nos quidem super sacrosancta juravimus et nos astrinximus cujusque nostri fide prestita corporali quod in dicta hereditate quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus reclamari ratione dotis sive dotalicii seu ulla alia ratione quia nos transtulimus pro traditione presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos in dicta hereditate vendita habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Preterea nos et

CXXXIII a nostri heredes teneamur deliberare in futurum dictos priorem et fratres de Pote quam habebis Lepsa habet super dictam hereditatem et de denariis et uno obolo annui redditus qui debentur capelle de Tranviller et Lepsarie annuatim. Ad quam deliberationem faciendam in posterum nos et nostros heredes et omnia bona nostra mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque sint penitus obligamus. Ad hanc autem venditionem garantizandam et ad hec omnia promissa tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ac eorum successoribus ego predicta Acelina et nos Girardus et Johannes filii ejus fratres, ego Maria et ego Heluidis de Porta et ego Petronilla ejus uxor soror dictorum Girardi et Johannis obligamus nos et nostros heredes et omnia bona nostra per presentes litteras quas eisdem concedimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° VIII° mense decembris.

(Cart de Val Dieu fo XXXIX° colonna et fo 31 r° col 1.2)

CXXXIV. Universis presentes litteras inspecturis, Bernardus dictus Raglin et Petronilla ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et omnium heredum nostrorum voluntate vendidimus et concessimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro xxx^a libris turon. quas integre habuimus et de quibus tenemus nos pro pagatis omnem illam hereditatem quam nos habebamus in feodo Guillelmi de la Houssaie in parochia de Jenis mouvatem ex me Petronilla sicut dicta hereditas se possidet in hebergamento et domibus, virgulto et nemore, terris pratis, pasturis et in quibuscumque rebus aliis Vendidimus ita omnem dictam hereditatem totaliter et integre sicut se possidet tenendum et habiendum dictis priori et fratribus ac eorum successoribus quite et libere hereditarie et perhenniter pacifice possidendum. Nos quidem super sacrosancta juravimus quod in dictam hereditatem quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus reclamari quod nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos in dicta hereditate vendita habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Preterea nos et nostri heredes omnem dictam hereditatem quam vendidimus tenemur defendere et garantire ab omnibus contra omnes ipsis priori et fratribus ac eorum successoribus et deliberare de redditu quem capella de Tranviller et leprosi ejusdem loci habebant super dictam hereditatem et deliberare de omni dote seu dotalicio cuicumque mulieri debeatur pro hereditate vendita supradicta salvis ego servitii et relevio et rachato quin de jure accidunt et tallia feodalium dominorum. Hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ac eorum successoribus ego predictus Bernardus et ego Petronilla ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M°CC° LXX° nono mense martio.

(Cart. du Val Dieu f° 31 v° col 1)

CXXXV. Archidiaconus Corbonensis in ecclesia Sagiensi universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constitute Acelina relicta defuncti Johannis Chatel et Maria uxor Girardi Chatel et Matildis leproisa relicta defuncti Martini Raguin recognoverunt coram nobis in jure quod ipse mulieres et penitus quittaverunt priori et fratribus Valles Dei Cartusiensis ordinis quicquid juris quicquid totis seu totaliciis dictis mulieres habebant et habere poterant in illam hereditatem de la Raguiniere quam dicti prior et fratres emerunt et acquisierunt de heredibus defuncti Johannis dicti Chatel. Dicte vero mulieres Acelina, Maria et Matildis tactis sacrosanctis evangeliis juraverunt et astrinxerunt coram nobis cujuscumque fride prestita corporali quod in dicta hereditate quam adjudicaverunt nichil de cetero reclamabunt nec facient reclamari ratione totis seu totaliciis sive quacumque alia ratione. In cujus rei testimonium ad peticionem dictarum mulierum dictis priori et fratribus presentes dedimus litteras in sigillo nostre curie sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LXX° VIII° mense Decembris.

(Cart du Val Dieu f° 31 r° col 2)

CXXXVI Universis presentes litteras inspecturis Bernardus dictus Raguin et Petronilla ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum Guillelmus prior Vallis Dei et conventus ejusdem domus nostre tradidisset quandam nixerimus masuram suam que vocatur la Matriere que sita est super aquam de Commeauche pro XXX^a solidis monete patrie quam masuram antea tenebat ab eisdem Arnulphus de Bonchigne molendinarius pro 4^a solidis annui redditus et nos subdidissemus predictis priori et conventui totam hereditatem nostram quam habebamus in feodo Guillelmi de la Houssaie in parochia de Jenis pro XXX^a libris cursalis monete patrie cum omnibus pertinentiis suis quocunque nomine censeantur. De ipsis autem XXX^a libris quitavimus eisdem decem et ipsi XX^a solidos quos eisdem debebamus ratione dicte masure ut dictum est solebat fieri nobis econtrario unum pro alio quitaverunt. De quibus XXX^a solidis quindecim ad natale Domini et alii quindecim ad festum Sancti Johannis Baptiste annis singulis persolventur. Datum anno Domini M° CC° LXX° IX° mense martio.

(Cart. du Val Dieu f° 31 r° col 2 f° 32 col 1)

CXXXVII. Universis presentes litteras inspecturis Bernardus Raguier et Petronilla ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum nos vendidimus priori et fratribus Vallis Dei omnem illam hereditatem quam nos habebamus a la Raguiniere in feodo Guillelmi de la Houssaie in parochia de Feris de qua hereditate vendita nos debebamus leprosis de Tranviller quatuor denarios annui redditus cursalis monete patrie ad festum Sancti Dyonisii annuatim de quibus quatuor denariis redditus nos tenemur deliberare dictum priorem et fratres nos obligamus quamdam peciam terre et prati sitam in parochia Sancti Victurii de Regnou prout ecclesiam in feodo hereditum Reginaldi Johannis Goheri militis, eamdem peciam terre et prati remanendum dicto priori et fratribus sine reclamatione nostri et heredum nostrorum si nos non deliberaverimus ipsos ergo dictos leprosos de quatuor denariis redditus supradictis. Ad quod tenendum firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ego predictus Bernardus et ego Petronilla ejus uxor obligamus nos et nostros heredes et dictam terram et pratum per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini mo ccc octogesimo primo, mense februarii.

(Cart. du Val Dieu f° 32 2° col 1°)

CXXXVIII Universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino Salot de Mesuneles et Agnes uxor sua. Noveritis nos vendidisse de assensu nostro et heredum nostrorum priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro VI libris turonensibus nobis integre persolutis in pecunia numerata unam peciam terre tenentem semen unius sextarii et unius minoti bladi que terra acostat ex una parte terre Girardi de Corgaudreio et ex altera parte chemino per quod itur de molendino de Corgaudreio apud sanctum Medardum et a parte inferiori terre Huberti Guillin et a parte superiori terre ecclesie Sancti Medardi de Reignou; dictam terram habendam et possidendam dictis priori et fratribus Vallis Dei libere et quiete sine reclamatione aliqua nostrum et heredum nostrorum de omnibus rebus ad nos et ad heredes nostros pertinentibus quoquo modo quam dictam terram ego dictus Salot et ego dicta Agnes tenemur garantizare et defendere contra omnes et deservire de omnibus auxiliis et tallio et de omnibus actionibus et de omnibus aliis rebus erga omnes et relevare si pro tempore oportuerit relevarunt facere post dicta peciam terre. Et ego dicta Agnes uxor dicti Salot tactis sacrosanctis evangeliis astrinxi me corporali prestito sacramento quod in dicta terra nichil de cetero per me vel per aliam rationem hereditatis vobis et dotalicii reclamabo. Ad hec autem omnia supradicta tenenda et garantizanda bona fide contra omnes obligavimus nos et heredes nostros et totam aliam hereditatem nostram ubicumque sit et in quocumque dominio sit et ad majorem confirmationem rei dedimus predictis priori et fratribus Vallis Dei presentem cartam sigillis nostris sigillatam. Et ego Girardus de Corgaudreio dominus feodi dictam venditionem volui et approbavi et ad defendendam me et heredes meos obligavi. Et ad majorem firmationem rei, ad

CXXXVIII (9) petitionem Victorum Salot et Agnetis uxoris ejus et sigillum meum huic carte apponi dignum duxi. Datum anno Domini M° CC° LX° V° mense martii.

(Cart. du Val Dieu f° 33 v° col 1)

CXXIX. Noverint universi presentes litteras inspecturis quod ego Hugho de Mere de assensu et voluntate Odoline uxoris mee et heredum meorum vendidi viris religiosis Guillelmo priori Vallis Dei et ejusdem loci conventui pro IV^or libris turonensibus mihi integre persolutis quamdam noam que vocatur noa de Gher quam habui de Garino Vivien et est sita in capite prati quod predicti monachi emerunt a predicto Garino Vivien quam noam ego predictus Hugho et heredes mei tenemur predictis monachis garantizare et defendere contra omnes. In cujus rei testimonium presentem cartam predictis monachis sigilli mei munimine confirmatam. Datum anno Domini M° CC° XL° VI° mense februario.

(Cart. du Val Dieu f° 33 r° col 2)

CXL Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Sancto-Medardo clericus sal. Hec littera vacat.

CXLI Universis presentes litteras inspecturis, Ousenna relicta Iguhati Colini Morguerine salutem in Domino. Noveritis quod ego de assensu et voluntate omnium heredum meorum vendidi et concessi priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro LXa et X solidis turonensibus quos integre habui et recepi in denariis numeratis de quibus me tuneo pro pagata quamdam petiam terre mee sitam inter x terram Victorum prioris et fratrum ab utraque parte et abuttat superius fossetis nemoris ipsorum et inferius ortis meis et parvo virgulto Garini Biel. Vendidi ita dictam petiam terre totaliter et integre sicut se possidet et sicut ab omnibus partibus dividitur et metatur tenendam et habendam predictis priori et fratribus et eorum successoribus libere et quite ab omnibus et jure emptoris sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendam. Ego quidem predicta Ousenna super sacrosancta juravi quod in dicta petia terre quam vendidi nichil de cetero reclamabo nec faciam per aliquem reclamare quod ego transtuli per traditionem presentis carte in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia ego in dicta petia terre vendita habebam et habere poteram quacumque ratione sive causa. Preterea ego dicta Ousenna et mei heredes dictam petiam terre tenemur deliberare de omnibus predictis priori et fratribus et garantire et defendere contra omnes homines et erga omnes de omnibus servitiis et redibitionibus deservire quod ego dicta Ousenna convento et retineo omnes redibentias et omnia servicia que pro dicta petia terre possent vel deberent in posterum peti vel fieri super alia mea hereditate in perpetuum facienda, quam hereditatem meam ego ad hoc obligo a quibuscumque gentibus et quibuscumque temporibus sit possessa.

CXLI (2) Ad hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter ih perpetuum predictis priori et fratribus et eorum successoribus ego predicta Ousenna obligo me et meos heredes per presentes littras quas eisdem contuli in sigillo meo sigillatas. Actum anno Dominii M° CC° LXX° 1° mense novembris.

(Cart. du Val-Dieu f° 33 r° col 2 et v° col 1)

829 3319

CXLII Universis presentia inspecturis Ermandus Rossel salutem in Domino. Noveritis quod ego de assensu Mabilie uxoris mee et heredum meorum vendidi et concessi viris religiosis priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro quinquaginta solidis turonensibus mihi integre pagatis V solidos annui redditus monete cursalis in Corbon de me et de meis heredibus annuatim eisdem ad festum Sancti Remigii solvendos libere et quitte de rebus omnibus ad quoscumque spectantibus in futurum. Et sciendum est quod si ego aut heredes mei de solutione dicti redditus V solidorum faciendo aliquin defecerimus ad terminum nominatum dicta quedam petia terre mee recipiens semen unius mine bladi super quam terram ego assignavi et constitui dictum redditum capiendum annuatim incurret penitus et remanebit predictis priori et conventui in perpetuum habenda et possidenda libera et quitta de omnibus servitiis et de omnibus rebus pertinentibus ad quoscumque sine aliqua reclamatione et sine contradictione mei et heredum meorum. Dicta vero petia terre acostat ex una parte terre Reginaldi Couchier fratris mei et abutat ex una parte terre au Mouniers de Molendinellis. Sciendum est insuper quod si dicta petia terre posita in contraplegium non michi contigerit in portione mea quando ego et fratres mei partiti fuerimus ad finem, ego aut heredes mei tenebimur assignare dictis monachis dictum suum redditum super portionem meam hereditatis valore ad valorem. In hujus rei testimonium et munimen ego Ermandus Rossel et ego Mabilia ejus uxor dedimus predictis monachis presentes litteras sigillis nostris confirmatas per quas ad hoc garantizandum eis contra omnes volumus nos et nostros heredes obligari. Actum anno Domini M° CC° L.X° primo, mense martio.

(Cart du Val Dieu f° 33 v° col. 1 et 2)

CXLIII Ego Robertus Borgoigne et ego Johannes Vaidie, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis quod nos de assensu et voluntate Ysabelis et Acelote uxorum nostrarum et omnium heredum nostrorum vendidimus et concessimus priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis, quoddam pratum quod habebam communiter situm in parochia de Jeuis, super ripariam de Commeauche quod pratum jungitur ex una parte cuidam prato quod est dictis priori et conventui et ex alia parte prato Raguini, dictum pratum totum integrum sicut se possidet habendum et possidendum in perpetuum jure emptionis sute libere et quicte de omnibus exactionibus et omnibus aliis rebus quibuscumque pertinentibus ad quoscumque pro quatuor libris turonensibus et decem solidis quam summam pecunie habuimus a dictis priore et conventu in pecunia numerata et nos laudauimus et concessimus et percipi omnia servicia et omnes exactiones que exinde debebunt super aliam totam hereditatem nostram et nos vel heredes nostri vel uniusquisque nostrarum vel heredum nostrorum tenemur eisdem dictum pratum defendere et garandire de rebus omnibus contra omnes et ad faciendum et tenendum ego Robertus Borgdigne et Ysabel uxor mea et ego Vaidie et Acelota uxor mea nos astrinximus per corporalia sacramenta et per presentes litteras quas predictis priori et conventui dedimus in predictarum rerum testimonium sigillorum nostrorum munimine confirmatas per quas obligauimus nos et heredes nostros successive voluimus obligari ad predicta tenenda firmiter et fideliter garantizanda de omnibus sicut superius est expressum. Datum anno Domini M° CC° XL° VIII° mense octobris.

(Cart de Val Dieu f° 33° v° col. 2 f° 34 r° col 1)

CXLIV. Universis in Christo fidelibus presentis scripti noticiam habituris, Johannes Vaidie et Heloth uxor ejus salutem in Domino. Ad noticiam universitatis vestre volumus pervenire quod nos ex voluntate et consensu omnium heredum ~~xxxxxxxx~~ nostrorum vendidimus priori Vallis Dei et fratribus ejusdem loci ordinis Cartusiensis quendam petiunculam terre quam habebamus que est juncta ipsorum fratrum medietarie de Lalhigoticre et ex una parte jungitur terre defuncti Gaufridi Lelhigotte, et ex alia parte jungitur sepi de qua nostra noa claudetur libere et quicte et sine calumpnia dictis fratribus in perpetuum possidendam. Ex cujus venditione nos accepimus XX^ti^ solidos monete currentis in patria. Insuper notum sit universitati vestre quod nos ex voluntate et consensu omnium heredum nostrorum dedimus pro salute animarum nostrarum dictis fratribus quicquid habebamus extra sepem de qua nostrum hebergamentum et predicta noa claudentur versus grangiam predictorum fratrum et versus terram quam tenent a nobis in perpetuam elemosinam sine contradictione prefatis fratribus in perpetuum possidendam. Ut autem hec omnia supradicta sepedictis fratribus garandizare et defendere contra omnes si in supradicta venditione et elemosina aliquam calumpniam movere presumeret et ipsos possessores de hiis impedire ac turbare procurabunt. Ad quorum defensionem nos astringimus super hoc a nobis et ab heredibus nostris juramentis corporaliter prestitis. Ut autem hec rata inviolabiliter permaneant in futurum nos in testimonio supradictorum presens scriptum sigillorum nostrorum munimine dignum duximus confirmare. Datum anno Domini M° CC° 4° secundo mense martii.

(Cart. du Val Dieu f° 34 r° col. 1 et 2)

Note - Il y a une erreur dans la numerotage de 144 on saute à 148.

CXLVIII. Universis presentes litteras inspecturis Colinus de Bertak, Ermeniardis uxor ejus, Willelmus Malart, Sedilla uxor ejus, Robertus Loquet, Eremburgis uxor ejus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos vendidimus et causa venditionis concessimus viris religiosis priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro XXX^a et V solidis turonensibus nobis integre pagatis unam peciam terre quam nos habebamus sitam prope villam Sancti Medardi et acostat chemino per quod itur de Sancto Medardo apud Corgaudre et acostat ex altera parte terre Erchensardis La Lucote et abotat ex una parte terre Chome de Brisitiis, ex altera parte orto Eremburgis La Renarde et platee, quam ipsi emerunt a Roberto Guillin, predictis priori et conventui dictam peciam terre habendam et possidendam in perpetuum ratione sue emptionis, reddendo exinde singulis annis ad festum sancti Remigii IV^or solidos annui redditus cursalis monete Girardo de Corgaudre domino illius feodi et suis heredibus et campipartum Chome de Brisitiis et uxori ejus et eorum heredibus pro omnibus aliis rebus ad quoscumque spectantibus. Et sciendum est quod nos vendidimus predictis monachis cum dicta petia terre quatuor sexaginos annui redditus quos Guerinus Renart nobis debebat annuatim. In hujus rei testimonium et munimen nos predicti Colinus Ermeniardis, Guillelmus Malart, Sedilla uxor ejus, Robertus Loquet et Eremburgis uxor ejus predictis monachis dedimus presentes litteras sigillorum nostrorum munimine confirmatas per quas et per nostra sacramenta corporaliter prestita ad hoc garantizanda eisdem contra omnes voluimus nos et nostros heredes obligari. Ego Girardus de Corgaudre dominus illius feodi, istam venditionem volui et concessi preli sub forma dicta, et ad hoc garantizandum predictis monachis sub forma dicta me et heredes meos obligavi per presentes litteras sigilli mei munimine roborando ad majorem confirmationem hujus rei. Actum anno Domini M° CC° LX° mense maio.

(Cart. du Val Dieu f° 34 r° col. 2 v° col 1)

CXLIX Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Johannes Engenoult salutem in Domino; noverit universitas vestra quod ego Ichreo prior et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis V solidos annui redditus communis monete Carbonneti pro una platea sita apud Mauritaniam que abutat Stallo Guillelmi Engenoult ex una parte et ex altera parte platee ejusdem Guillelmi, que jungitur domui et perrigno Defuncti Henrici Bendin, quam plateam predicti fratres mihi et meis heredibus libere et quiete et pacifice in perpetuum tradiderunt. Reddendo exinde dictis fratribus a me et meis heredibus dictum redditum annis singulis in vigilia pasche floridi vel in octabis sub pena VI sharionum quos ego et heredes mei teneamur reddere dictis fratribus cum principali redditu singulis hebdomadis quibus defecerimus a solutione dicti redditus termino prenotato. Possint dicti fratres in dicta platea et in edificio quod ibi fit et in ortis et in eodem intrantibus absque contradictione mei vel heredum meorum! tam pro pena et emenda quam pro redditu plenarie justiciam exercere secundum usus et consuetudines Carbonneti. Et predicti fratres dictam plateam mihi et meis heredibus tenentur garantizare et defendere contra omnes. Et ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum in hujus rei testimonium sepe dictis fratribus presentes has litteras sigilli mei munimine roboratas. Datum anno gratie M° CC° L° mense julii

(Cart. de Val Dieu f° 34 v° col 1)

cl. Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus dictus Perier Sancti Medardi de Raignon salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum Gremburgis La Periere mater mea comperasset et etiam ratione possessionis teniisset quandam plateam cum domo mea sita in villa Sancti Medardi de Raignon in ma elemosine Sancti Medardi inter domum Guarini Leteisier et domum defuncti Odonis Laubinel et dicta Gremburgis mater mea pro salute sue dictam plateam cum predicta domo in puram liberam et perpetuam elemosinam dedisset et concessisset priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis. Postea vero dicti prior et fratres dictam domum pro quibus solidis annui redditus ad festum Sancte Crucis in septembri mihi tradiderunt; ita tamen quod post mortem meam predicta domus cum platea sine reclamatione et sine calumpnia hereditum meorum priori et fratribus penitus remanebit. Sciendum vero est quod ego predictus Guillelmus et Theophania uxor mea pro salute animarum nostrarum dictis priori et fratribus in puram elemosinam dedimus et concessimus post decessum uniuscujusque nostrorum omnia mobilia nostra et quicquid aliud de jure contingere poterit excepto tamen jure parochiali. In cujus rei testimonium prebri et fratribus presentes dedimus litteras sigillorum munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° L° VI° mense martii.

(Cart. de Val Dieu f° [illegible] v° col 2

CLI Universis presentes inspecturis Gaufridus de Commeaucha et Lejardis ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum solum-late vendidimus et concessimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro xx li. et una liberis turonensibus de quibus nos vidimus xx li. solidos ad pitanciam conventui et fratribus domus Vallis Dei et dictas xx li. libras habuimus et recepimus in denariis numeratis de quibus nos tenemur pro-pagatis, omnem illam hereditatem quam ipsos habebamus in feodo Girardi de Guincourt apud Perroset movantem ex me Gaufrido et parte defuncte Guibergis matris mee. Vendidimus ita omnem hereditatem predictam totaliter et integre sicut se possidet in terris et rebus aliis, inter terram Stephanie de la Barbineira inferius et terram Guillelmi de Laurelo militis ex altera tenendam et habendam predictis priori et fratribus libere et quiete et jure emptionis sue here-ditarie et perhenniter pacifice possidendam salvis servitiis feodalibus dominorum. Nos quidem super sacrosancta juravimus quod in dicta hereditate quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus ratione dotis seu do-talicii sive quacumque alia ratione nec fa-ciemus per aliquem reclamare que vos transtulimus per traditionem presentis in-strumenti in ipsos priores et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos in dicta petia terre vendita habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Ad hanc autem venditionem garantizandam et tenendam firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ego predictus Gaufridus et Lejardis ejus uxor obligamus heredes et nos-tros heredes et omnia bona nostra pre-sentia et futura ubicumque sint per presentes litteras quas eisdem concedimus in sigillis nostris sigillatas. Datum anno Domini m°cc°lxx° primo mense februarii.

(Cart de Val Dieu f° 35 r° col. 1)

CLII Universis presentes litteras inspecturis, Gi-
rardus dictus Bigot etc. ista non haben-
tur.

CLIII

Universis presentes litteras inspecturis Stephanus dictus prepositus et Johanna ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum volun-tate vendidimus et concessimus priori et fra-tribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro x^x^ti et duabus libris turonensibus quas integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis quamdam petiam terre que vocatur Le Pendant et quod dam pratum nostrum quod pratum et que petita terre est continue inter aquam de Villete ex inferiori latere et terram dictorum prioris et fratrum ex superiori latere et abotant inferius terre et prato Godefridi de Commanche et superius abotat Ricta petia terre, terre dictorum prioris et fratrum et dictum pratum prato ipsorum quod tenet Bartholomeo de Barris. Vendidimus ita dictam petiam terre et dictum pratum totaliter et integre sicut se possidet continue et sicut ab omnibus par-tibus dividuntur et metiuntur tenendum et habendum predictis priori et fratribus ac eorum successoribus libere et quicte ab omnibus et jure emptionis vel hereditarie et perhenniter pacifice possidendum. Nos quidem predicti Stephanus et Johanna super sacrosancta juravimus quod in dicta terra et in dicto prato quod vendidi-mus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamare quod nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores, omne jus et dominium proprie-tatem et possessionem, que omnia nos in dictam petia terre et in dicto prato vendidimus habebimus et habere poterimus quacumque ratione sive causa. Preterea

C 4111 (2) nos et nostri heredes dictam terram et dictum pratum tenemur deliberare in futurum predictis priori et fratribus de omnibus serviciis et redibitionibus et garantire et defendere contra omnes et erga omnes de omnibus serviciis, talliis exactionibus, residentia et de quibuscumque redibitionibus, ad quoscumque quocumque modo spectantibus deservire super alia hereditatem nostram quam de nunc ad dictam deliberationem et garantizationem in posterum faciendam nos penitus obligamus a quibuscumque gentibus et a quibuscumque temporibus nostra alia hereditas sit possessa conservantes ex nunc et retinentes omnino omnes redibitiones et omnia servicia que predicta terra et pro dicto prato vendicio possent vel deberent a quibuscumque in posterum peti vel fieri super nostra alia hereditate in perpetuum faciendo. Ad hec autem omnia et singula supradicta garantizanda et tenenda firmiter fideliterque observanda in perpetuum predictis priori et fratribus ac eorumdem successoribus, ego predictus Stephanus et ego Johanna eius uxor obligamus nos et nostros heredes et volumus penitus obligari per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° primo, mense martii.

(Cart. du Val Dieu f° 37, n° col. 2 n° 41)

CLIV Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus
de la Houssaie et Agatha ejus uxor salutem in Domino.
Noveritis quod nos de assensu et voluntate heredum
nostrorum vendidimus et concessimus priori Valleis
Dei et fratribus ejusdem loci pro quinquaginta et
quinque libris turonensibus quas integre habuimus
et recepimus et de quibus nos tenemus pro pagatis
quandam peciam terre nostre sitam in feodo
domini Guillelmi de Donciles inter meditariam
quam defunctus Johannes dictus Bougot vendidit
defuncto Guillelmo de Houssaie quondam patris
ipsi Guillelmi ex una parte et terram dictorum
prioris et fratrum et terram au Boczaus ex
altera et abbatat terre nostre ex una parte et
terre domini de Donciles quam tenet Gaufridus
Anglicus ex altera. Vendidimus ita dandam
peciam terre totaliter et integre sicut se possidet
et prout ab omnibus partibus dividitur et me-
tatur tenendam et habendam predictis priori
et fratribus quiete libere ab omnibus et jure
emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice
possidendam. Nos quidem super sacrosancta jura-
vimus quod in dicta terra quam vendidimus nichil
de cetero reclamabimus ratione dotis seu dotalicii
sive quacumque alia ratione nec faciemus per
aliquem reclamare que nos transtulimus per
traditionem presentis instrumenti in ipsos prio-
rem et fratres emptores omne jus et dominium
proprietatem et possessionem que omnia nos
in dicta terra vendita habebamus et habere
poteramus quacumque ratione sive causa. Preterea
nos et nostri heredes dictam terram quam nos
vendidimus tenemur deliberare de omnibus rebus
predictis priori et fratribus et garantire et defendere
contra omnes dominos de omnibus serviciis
talliis, auxiliis, residentia, exactionibus et revi-
litoribus quibuscumque teneremur in perpetuum
deservire super nostram aliam hereditatem
quam nos ex nunc ad dictam deliberationem
terre predicte vendite et ad dictam garantiza-
tionem faciendam in posterum penitus obliga-
mus a quibuscumque gentibus et quibuscumque
temporibus nostra alia hereditas sit possessa con-
servantes omnino et retinentes omnes revilitores
et omnia servitia que pro dicta petia terre
vendita possent vel debebant in posterum
peti vel fieri super nostraxxx alia predicta

CLIV. (2) hereditate in perpetuum facienda. Ad hec autem omnia et singula supradicta garantizanda et tenenda firditer in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus et conuentui successoribus ego predictus Guillelmus et ego Agatha eius uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno gratie M° CC° LXX° secundo, mense martio.

(Cart du Val Dieu f° 35 r° col. 1 à 2)

CLV. Universis presentes litteras inspecturis Radulphus de Thoriale salutem in Domino. Noveritis quod nos cum prior et fratres Vallis Dei Cartusiensis ordinis tradiderint michi omnes res suas quas ad presens habent apud Memousse sicut se possident in hebergamento et domo terris, pratis et pasturis, cumplagio et rebus aliis tenendum et habendum michi usque ad XX^ti annos proximo venturos continue subsequentes reddendo ipsis priori et fratribus LX^a et X solid. annui redditus cursalis monete patrie in hiis duobus terminis scilicet in festo sancti Remigii XXX^a s. ad Pascha XL^a sol. annuatim. Ego predictus Radulphus obligo me et omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque sint capienda tenenda et expletanda ad voluntatem dictorum prioris et fratrum omni clamore cessante a parte mea, si ego ipsis dictum redditum non reddidero in terminis supradictis ita quod si ego domum suam de Memousse quam militent pereminter in bono statu non tenuerint in bono statu et dictum redditum non reddidimus in dictis terminis priori et fratribus ipsi res suas rehabebunt et dampna sua et dispendia et prout ultimi anni redditum suphadictum. Ad que omnia supradicta tenenda ego predictus Radulphus me astrinxi fide prestita corporali et per presentes litteras in sigillo meo sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LX° X° secundo mense martii.

(Cart du Val Dieu f° 35 v° col. 2 f° 36 r° col 1)

CLVI Universis presentes litteras inspecturis johanna
filia defuncti Ernaudi Rufi salutem in Domi-
no. Noveritis quod ego de assensu et volun-
tate omnium heredum meorum vendi-
xxxxxx et concessi priori et fratribus Vallis
Dei Cartusiensis ordinis pro xl.a s. turonenses
quos integre habui et de quibus teneo me
pro pagata quamdam peciam terre mee sitam
inter terram ipsorum prioris et fratrum
ex una parte et seges et terram johannis
de Memolusa ex altera et abolat sharreriis
ipsorum prioris et fratrum ab utroque capite
eamdem peciam tenre totaliter et integre
sicut se possidet et sicut dividitur et meta-
tur tenendum et habendum predictis priori
et fratribus quicte et libere ab omnibus ser-
vitiis et exhibitionibus quibuscumque ad quos-
cumque pertinentibus quoquomodo et jure
empcionis sue hereditarie et perhenniter
pacifice possidendum. Ego quidem dicta
johanna super sacrosancta jurari que
in dicta peciia terre quam vendidi nichil
de cetero reclamabo nec faciam per aliquem
reclamari que ego transtuli per traditionem
presentis instrumenti in ipsos priorem et
fratres emptores, omne jus et dominium
proprietatem et possessionem que omnia
ego in dicta peciia terre vendita habebam
et habere poteram quacumque ratione
sive causa. Preterea ego dicta johanna et
mei heredes dictam peciam terre venditam
tenemur deliberare ipsis priori et fratribus
et garantire et defendere contra omnes
et erga omnes dominos deservire super
eandem aliam hereditatem meam ubi-
cumque sit quam ad dictam deliberatio-
nem faciendam de omnibus rebus que
pro illa peciia terre possent in posterum
peti et fieri, ego dicta johanna ex nunc
obligo a quibuscumque gentibus et qui-
buscumque temporibus sit possessa ita
quod per obligationem predictam ego vel
mei heredes ipsos priorem et
dicta peciia terre non possumus dimit-
tere incurrere in dominium alienum

CLVI (2) extra manus nostras negue in manus alicujus Domini feodali per defectum deliberationis seu garantizationis. Ad hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ac conventui successoribus vel predicta johanna obligo me et meos heredes per presentes litteras quas eisdem contuli in sigillo meo sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° quinto mense martio.

(Cart. du Val-Dieu f° 36 col. 1 et 2 1°)

CLVII Universis presentes litteras inspecturis Garinus Piel et Ysabel ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos vendidimus priori et fratribus Vallis Dei pro quinquaginta solidis turonensibus quos integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis V solidos annui redditus cursalis monete patrie sitos et assignatos super duas petias terre nostre et super duas chantras nostras sitas super duas illas petias terre que due petie terre site sunt apud la Bielere inter terram defuncti Mahei Piel et terram Johannis Piel et abutant inferius pratis monachorum Vallis Dei. Venditionis ita dictos V solidos annui redditus habendos et recipiendos quitos et liberos ab omnibus predictis priori et fratribus per manus nostras et heredum nostrorum in festo Sancti Remigii annuatim, ita quod si nos et nostri heredes dictos V solidos annui redditus quitos et liberos ab omnibus predictis priori et fratribus in dicto festo Sancti Remigii vel infra octabas ejusdem festi annualim integre non redidimus dicte due petie terre et due chantre adhoc obligate totaliter et integre sicut se possident et sicut ab omnibus partibus dividuntur et metantur inmanebunt et remanebunt ipsis priori et fratribus sine reclamatione nostri et heredum nostrorum hereditarie et perhenniter tenendum et habendum quiete et libere et pacifice possidendum salvis serviciis feodalium dominorum. Ad hanc autem venditionem garantizandam et ad hec omnia supradicta tenenda firmiter in perpetuum et in dicta forma predictis priori et fratribus ac conventui successoribus ego predictus Garinus et ego Ysabel ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem transtulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LX° VII° mense februario.

(Cart du Val Dieu f° 56 r° col 2 n° col 1)

CLVIII Ego Johannes Le Charon et ego Johanna ejus uxor et ego Agnes soror dicte Johanne filie Roberti figuli, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate vendidimus et concessimus priori et fratribus Valdis Dei Cartusiensis ordinis pro XL^a libris et V solidis turonensibus quos habuimus integre et de quibus nos tenemus plenarie pro pagatis nostrum pratum quod nos habebamus situm inter vineam Hugonis dicti Belichon ex una parte et aquam que decurrit ad molendinum de Chanderon ex altera et abutat parti prati heredum Jou Chatelier superius et prato Hugonis de Ponte et prato dictorum prioris et fratrum inferius. Vendidimus ita dictum pratum cum omni jure quod nos in eodem prato habebamus tenendum et habendum dictis priori et fratribus quiete et libere hereditarie et perhenniter jure emptionis pacifice possidendum. Nos quidem supra sacrosancta juravimus et nos astrinximus uterque nostri fide prestita corporali que in dicto prato quod vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus reclamari que nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos in dicto prato vendito habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Ad hanc autem venditionem garantizandam et ad hec omnia premissa tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus de eorumdem successoribus ego predictus Johannes et nos Johanna et Agnes sorores obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M°CC° LXX° VIII° mense novembris

(Cart du Val Dieu f° 36 r° col 1 et 2)

CLIX Universis presentes litteras inspecturis Matherinus Forestarius et Emmelina ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu vendidimus et concessimus priori et fratribus Valeis Dei Cartusiensis ordinis pro XX libris turonensibus quas integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis XL^a solidos annui redditus cursalis monete patrie quos defunctus Guillelmus de la Roussaie pater quondam mee Emmeline et Isabel ejus uxor mater mea debebant nobis in franchum maritagium in hiis locis assignatos scilicet XXX^a et tres solidos sitos et assignatos super mediteriam de la Poterie ad festum Sancti Remigii vel infra octabas annuatim persolvendos et alios VII solidos annui redditus in eodem termino persolvendos quos pater et mater mei emerunt et acquisierunt a Garino dicto Branchart sitos et assignatos super campum Foree in parrochia de Feris qui acontat semita per quam itur de Leurarde ad Feris. Vendidimus ita dictos XL^a solidos annui redditus percipiendos et habendos et recipiendos quitos et libros ab omnibus servitiis et redditibus quibuscumque dictis priori et fratribus ac communitati successoribus ad festum Sancti Remigii vel infra octabas ejusdem festi annuatim per manus illorum quicumque sint qui dictam mediteriam de la Poterie et dictum campum Foree tenebunt et pro tempore possidebunt et jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendos. Nos quidem Matherinus et Emmelina super sacrosancta juravimus et pariter nos astrinximus quicumque nostri fide prestita corporali quod in dictis quadraginta solidis reditus quos vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari quod nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium, proprietatem et possessionem que omnia nos in dictis quadraginta solidis reditus venditis habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Preterea nos et nostri heredes

CLIX (a) dictos quadraginta solidos reditus quos
reinidimus quitos et liberos tenemus deliberare
ipsis priori et patribus de omnibus serviciis
et redibitionibus quibuscumque et garantire
et defendere contra omnes et erga omnes
Nos dictos deservire super omnibus nostram
hereditatem sitam in parochia de Jenis in
quibuscumque rebus et locis se possidet quam
nostram hereditatem ad dictam defensionem
et ad dictam deliberationem dicti redditus
reinditi in posterum faciendum. Nos ex
nunc penitus obligamus a quibuscumque gen-
tibus et quibuscumque temporibus sit potessa.
Et hec autem omnia et singula supradicta
tenenda firmiter et fideliter observanda in
perpetuum predictis priori et patribus, ego
predictus Matherinus et ego Emmelina
ejus uxor obligamus nos et nostros heredes
et dictam hereditatem nostram per presentes
litteras quas eisdem contulimus in sigillis
nostris sigillatas quibus litteris ego Guillel-
mus de la Roussaie dominus illius feodi
in quo sunt dicta hereditas et dictus redditus
reinditi ad petitionem predictorum Mathe-
rini et Emmeline ejus uxoris sororis mee
sigillum meum apposui una cum sigillis
ipsorum per quod sigillum meum ego obligo
me et meos heredes ad garantizandum et de-
fendendum contra omnes ipsis priori et fra-
tribus dictos xl.a solidos hereditos reinditos
et deliberandum de omnibus serviciis et
redibitionibus quibuscumque si necesse fuerit
in forma superius notata. Datum anno
Domini M° CC° LXX° nono, mense oc-
tobris.

(Cart. du Val Dieu f° 36 r° col. 2 f° 37 r° col 1 et 2)

CCXX Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Michael Belete Sancti Nicolai de Raignon salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego de assensu et voluntate Margarete uxoris mee et omnium heredum meorum vendidi et concessi priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro LX^a libris turonensibus integre persolutis quandam peciam terre quam tenebam de ipsis, tenentam semen unius minee bladi que affrontat ex utraque parte terre sue meditarie de la Polemerie et jungitur de uno latere cuidam pecie terre quam teneo de maritagio matris mee et de alio latere terre Philippi fratris mei que dividitur et limitatur. Dictam terre peciam predictis priori et fratribus tenendam et possidendam jure emptionis libere pacifice et quiete sine reclamatione mei mei heredum meorum et ab omnibus peritus obligari me et heredes meos ab omnibus serviciis et exactionibus et auxiliis et rebus aliis in perpetuum liberandam et heredes meos ad hec tenenda similiter obligari. Ad hec autem tenenda firmiter et conservanda fideliter bona fide ego predictus Michael Belete et predicta Margareta uxor mea nos astrinximus per nostra sacramenta corporaliter prestita et insuper in hujus rei testimonium presentes dedimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas per quas volumus nos et heredes nostros de cetero obligari. Datum anno gratie M° CC° L° VII° mense martii.

(Cart. de Val Dieu f° 38 r° col 1)

CLXI Ego Philippus Pelete notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ego de assensu et voluntate Margarete uxoris mee et Henrici primogeniti filii mei et aliorum heredum meorum dominis et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro XXX^ta^ libris et quinque solidis turonensibus integre persolutis V solidos annui redditus et perpetui communis monete patrie assignatos super quamdam peciam terre mee in parrochia Sancti Medardi de Raignon que jungitur superius et inferius et uno latere terre medietarie de la Polemerie et alio latere terre quam acquisierunt de Michaele fratre meo habendos et percipiendos dictos V solidos eisdem priori et conventui per manus meorum et heredum meorum vel illorum qui dictam terram possederint annis singulis in festo Sancti Remigii vel infra octabas libertos et quictos de omnibus servitiis et auxiliis et aliis rebus ad me et ad quoscumque alios pertinentibus quoquo modo; ita tamen quod si forte contigerit me vel heredes meos vel qui predictam terram tenuerit aliquid cessare a solutione dicti redditus termino prenotato pro unaquaque septimana VI denarios tornonie pene solvere tenebimur cum redditu supradicto. Et adhuc sciendum est quod ego vel heredes mei predictum redditum ultra penam infra Purificationem beate Virginis terminum cujuslibet anni non reddidimus predicta terra sicut se possidet libera et immunis de omnibus rebus ad me et heredes meos spectantibus dicti prior et conventus propria auctoritate nullo alio judice requisito et eam in perpetuum possidebunt sine aliquo contradicto et reclamatione mei predictam terre peciam minacratis monachis tenebimus defendere contra omnes et in perpetuum ab omnibus liberare. In hec autem habenda

CLXI (2) sub forma predicta ego et Margareta uxor mea predictis monachis presentes dedimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno gratie M° CC° 4° nono mense februarii.

(Cart. de Val - Dieu fo 38 col 1 et 2 no)

CLXII Ego Philippus Feleta et Margareta uxor
mea notum facimus universis quod cum
teneremus vestri Vallis Dei Cartusiensis
ordinis in V solidis turonensibus annui
redditus in festo Sancti Remigii super
grangiam petiam terre in parochia San-
cti Medardi de Raignon sicut continetur
in litteris quas prior et conventus dicte
domus habebat de me, nos vero postea de
consensu et voluntate omnium heredum
nostrorum dictam petiam terre grang
in complegium dictis
priori et conventui dimisimus in perpetuum
possidendam libere pacifice et quicte de om-
nibus rebus, serviciis et taleis et a cunctis
exactionibus ad quascumque pertinentibus
quoquo modo et propter hoc ipsi nobis de
thesauris suis domus viginti et unum soli-
dum et dimidium turonense contulerunt.
Et ut hoc firmum sit et stabile in futurum
nos predictis priori et conventui dicte domus
presentes dedimus litteras sigillorum nos-
trorum munimine roboratas. Datum
anno Domini M° CC° LX^mo mense julii.

(Cart du Val Dieu f° 38 r° col. 2 v° col 1)

CLXIII

Universis in Christo fidelibus presentes litteras inspecturis, Willelmus dictus Bovier et Beatrix uxor ejus salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos ex consensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus priori Vallis Dei Cartusiensis ordinis et fratribus ejusdem loci quamdam petiam terre quam habebamus sitam inter terram Gaufridi Flarenc et inter terram Johannis Libirel quam Matheus Pian tenet pacifice ac libere in perpetuum possidendam solvio quatuor denariis monete currentis in patria quos dicto Johanni Flurel vel ejus heredibus annuatim persolventur. In cujus venditione nos accepimus xxx^{a} solidos monete currentis in patria, quam venditionem factam ex consensu et voluntate Johannis dicti Flurel domini illius terre et omnium heredum suorum tenemur dictis fratribus garandire ac defendere contra universos ipsos dictos fratres de ipsa petia terre inquietare valentes. In cujus rei testimonium et confirmationem nos presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus, et ut hoc ratum ac stabile in futurum permaneat ipse dictus Johannes dominus illius terre ad petitionem utriusque partis in signum confirmationis in perpetuum presentibus litteris sigillum suum apponere dignum duxit. Datum anno Domini M° C C° 4° secundo mense februarii

(Chart. du Val Dieu f° 58 r° col. 1)

CLXIV Universis presentibus et futuris Robertus Le Bigot et Odelina uxor ejus salutem in Domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire quod cum deberemus priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis X solidos annui redditus videlicet V solidos quos eisdem debebat in puram et perpetuam elemosinam frater meus quem postea recepuerunt in redditum et V solidos quos eisdem communi assensu nostro et heredum nostrorum vendideramus et concesseramus pro XL^a et quinque solidis nobis ab eisdem integre persolutis. Convenit inter nos et ipsos compositum est in hunc modum quod ego Robertus et Odelina uxor mea spontanea voluntate nostra et omnium heredum nostrorum predictis priori et conventui tradidimus et concessimus quandam peciam terre nostre et quandam noam que vocatur noa de Blanchart sicut dividitur et metatur, que terra jungitur ex una parte dicte noe et ex alia parte terre nostre et sicut dividitur superius et inferius. Quam terram cum noa predicta predictus prior et conventus libere pacifice et quiete tradidimus et ab omnibus serviciis et exactionibus et rebus aliis quibuscumque pertinentibus quoquomodo in perpetuum possidendam. Ad hec super tenentes nos et heredes nostros dictam terram et dictam noam sicut se possident garantizare et defendere contra omnes et omnia de omnibus servicia exinde debita super totum residuum hereditatis nostre convenit volumus in futurum. Et ne nos nec heredes nostri contra predicta venire valeamus in perpetuum presentes litteras dedimus priori et conventui sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° XL° IV° mense aprilis.

(Cart. de Val Dieu f° 38 r° col. 9)

CLXV. Universis presentes inspecturis Garinus dictus Doce etc. ista vacat.

c4xvi Universis presentia inspecturis Girardus de Tailleis salutem in Domino. Noveritis quod ego de assensu Agnetis uxoris mee et heredum meorum vendidi et concessi viris religiosis priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis, pro xx et v solidis turonensibus mihi integre pagatis, iii solidos annui redditus et perpetui monete cursalis Carbonensis quos tres solidos annui redditus Guerinus Landri mihi debebat in perpetuum et meis heredibus de quadam petia terre quam eidem Guerino tradideram et suis heredibus in perpetuum pro dicto redditu trium solidorum, que petia terre sita est in parrochia Sancti Medardi de Reignac et abostat ex una parte terre heredum Sybilete Rodulphi de Touca et ex alia parte chemino quo itur de Terris apud Sanctum Medardum et abostat ex una parte terre Johannis Gohori militis et ex altera parte terre monachorum predictorum de Valle Dei predictis monachis dictum redditum trium solidorum habendum et percipiendum singulis annis ad festum Sancti Remigii vel in octaba illius festi libere et quiete de rebus omnibus pertinentibus ad quosquunque et sibi recipiendum a dicto Guerino et a suis heredibus cum omni jure et dominio et districtu sicuti habebam et habere poteram in predictis redditu et terra et de dicto redditu faciendo trium solidorum de cetero predictis monachis ego Girardus dictum Guerinum attornavi et ad hoc garantigandum contra omnes et de omnibus rebus erga omnes predictis monachis in futurum ego Girardus de Tailleis ego Agnes ejus uxor obligavimus nos et nostros heredes per litteras presentes sigillis nostris confirmatas in testimonium hujus rei ego Guerinus Landri concessi istam rendicionem et ad dictum redditum de cetero faciendum predictis monachis ad dictum terminum annuatim in futurum me et heredes meos et dictam terram obligavi per litteras presentes sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° LXX° I° mense martio.

(Cart du Val Dieu f° 39 r° col. 1)

CLXVII. Omnibus presentes litteras inspecturis Johannes de Tresmil et Johanna uxor ejus salutem in Domino. Noveritis quod nos vendidimus et concessimus monachis de Valle Dei Cartusiensis ordinis pro LX^a solidis turonensibus nobis integre persolutis quamdam terre petiam quam defunctus Thomas de Corgandreio miles quondam pater mei Johanne mihi contulit in liberum maritagium que sita est juxta terram quam Guillelmus de Secon dudidit monachis memoratis et juxta terram Thome de Corgandreio et affrontat chemino quo itur de Terdis apud Malleras superius habenda et tenenda eisdem monachis et jure emptionis sue in perpetuum possidendam libere et quicte de omnibus rebus quibuscunque ad nos et ad heredes nostros et ad quoscunque alios spectantibus quoquo modo ; ita quod nos et heredes nostri in dicta terre petia nichil poterimus de cetero reclamare et omnia exinde dedita quibuscunque in residuo hereditatis nostre dimittimus et retinimus penitus capienda. Ad hanc autem venditionem tenendam fideliter et ad servandam et contra omnes perpetuo garantizandam et ab omnibus libertandam damnos nos et nostros heredes per presentes litteras obligavimus quas predictis monachis dedimus sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° 4 X° mense aprili.

(Cart. du Val Dieu f° 39 r° col 2)

CCXVIII Universis presentia inspecturis ego Ligerius de la Bigotiere notum facio quod ego Manelon vendere annuatim ad festum Sancti Remigii grandia vizera viris religiosis priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis x solidos annui redditus monete currentis in Corbineto pro campiparte sua quam ipsi habent apud la Bigottiere et a la Raguinniere quam campipartem suam ipsi mihi tradiderunt habendam et tenendam grandia vizera, pro redditu supradicto. Et sciendum est quod ad dictos monachos post decessum medum dicta campipars sua / deroberta remanebit sine contradictu. / Et ne aliquis heredum meorum post decessum meum vel aliquis alius pro me possit in dicta campiparte aliquid reclamare ego Ligerius dedi predictis monachis presentes litteras sigillorum meorum consignatas. Actum anno Domini M° CC° LX° mense novembris.

(Cart du Val Dieu f° 39 r° col 1)

CLXIX Universis tam presentibus quam futuris Guillelmus de Jonte salutem in Domino. Noverint universi quod viri religiosi Guillelmus prior et conventus Valleis Dei tradiderunt mihi et meis heredibus quandam peciam terre sitam de latere juxta hebergamentum meum de Jonte et ex altera latere juxta terram Galeborris et affrontat prato Haimart ex una parte et ex altera parte terre au Sauvage. Et tradiderunt insuper unam minam bladi cum dicta terra quam habebant in masura de Nois in parte illa dicte masure que fuit condam mee materiere de elemosinatione ipsius pro duodecim solidis annui redditus monete usualis quem redditum duodecim solidorum ego Guillelmus de Jonte et heredes mei tenemur reddere annuatim in festo omnium sanctorum dictis fratribus Valleis Dei obligamus me et heredes meos ad hoc sub hoc modo quod quocienscumque nos defecerimus de prestatione dicti redditus XII solidorum dictis fratribus in dicto festo omnium sanctorum. Nos tenebimur eis solvere IV^or^ solidos de pena et nisi infra festum Sancti Andree apostoli proximo subsequens plenarie satisfecerimus dictis monachis de dicto redditu XII solidorum et de dicta pena IV^or^ solidorum ipsi sine contradictione mei vel meorum heredum dictam terram suam rehabebunt cum omni emendatione et edificatione que ibi fient et erunt cum dicta mina bladi et sub dicta forma ipsi tenentur mihi et meis heredibus garandire et defendere contra omnes de omnibus rebus quibuscumque dictam terram et dictam minam bladi prout continetur in cartula quam habui sigillo suo sigillatam. In cujus rei testimonium presentes litteras dicti predictis priori et conventui Valleis Dei sigilli mei munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° XL° VIII° mense februarii.

(Cart. du Val Dieu f° 59 r° col. 1 et 2)

CLXX Universis presentes litteras inspecturis Heloyza relicta Jehannis Stephani Brunerie et Colinus Brunerie ejus filius salutem in Domino. Noveritis quod cum Robertus humilis prior Vallis Dei totusque ejusdem loci conventus tradiderunt et concesserunt nobis in perpetuam hereditatem quamdam domum quam habebat ipsi apud Chamderon sicut se possidet cum singulis terris, pratis, pasturis et cetus aliis ad eamdem domum spectantibus et sicut Girardus dictus Mulotz eamdem tenuit et possedit et pariter quoddam pratum quod vocabant pratum des Rondeaus, dictam domum cum suis pertinentiis et dictum pratum tenendum et habendum nobis et nostris heredibus in jure hereditario possidenda. Reddendo exinde ipsis priori et conventui et suis successoribus LXa solidos annui redditus cursalis monete patrie, in tribus anuis terminis scilicet in festo Nativitatis Domini XXXa solidos vel infra octabas ejusdem festi, et in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste vel infra octabas XXXa solidos dumtaxat et servitia reddituus, et omnia alia quecumque exinde debita quibuscumque qui exinde fieri consueverunt tempore moderno et si aliqua de novo servicia emerserint aut fuerint consequta que nunquam vita fuerunt ipsi prior et conventus tres partes dictorum servicionum et expensarum que fient occasione dictorum servicionum ultra cum duobus solidis reddituus qui fient et debentur exinde domino de Doncelles facere tenebuntur, et nos et nostri heredes quartam partem facere tenebimur et predictam domum in omni bono statu in quo est vel in meliori servare tenebimur in futurum ita quod si contigerit nos vel nostros heredes cessare de solutione dicti redditus faciendo in dictis terminis seu in aliquo terminorum in parte vel in toto predicta domus cum rebus predictis et dictum pratum ipsis priori et suis successoribus devenient et incurrent hereditarie absque nostri et heredum nostrorum aliquo contra-

CLXX(2) dicto. Actum ipsi prior et conventus servicia
reddituum et alia quecumque que secundum
tenorem et juxta tenorem litterarum quas
ego dictavi Heloysia habeo de dicto priore
et suis antecessoribus fieri solent facere tene-
buntur predicta per defectum vero dicta domus et dictum pratum cum
rebus predictis per defectum solutionis dicti
reddituus ut dictum est eisdem priori et
suis successoribus remanserunt. Nos tene-
mur reddere eisdem ultimi anni reddi-
tum supradictum, nos predicti Heloysia
et Colinetus filius ejus ad reddendum dictum
redditum in dictis terminis et ad faciendum
servicia et reddituus in dicto modo et ad
hec omnia promissa tenenda firmiter
in perpetuum in dicta forma predictis
priori et suis successoribus obligamus nos
et nostros heredes per presentes litteras
quas eisdem contulimus in sigillis nos-
tris sigillatas. Actum anno Domini
M° CC° LXXX° primo mense februarii.

(Cart. du Val Dieu f° 39 r° col 2 f° 4 r° col 1)

-CLXXI Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus Bourgoigne et Maria ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos et predecessores fratres Vallis Dei Cartusiensis ordinis diminerint et quitaverint nobis et nostris heredibus illud campitagium quod ipsi percipiebant et habebant in terra nostra de Laborgoingnerie sita in feodo Guillelmi de la Flousade barnigeri et quod idem prior et fratres pariter deberent nobis octo solidos turonenses quos habuimus integre in denariis numeratis et cum ipsi prior et fratres haberent medietatem in tercia parte tocius prati nostri siti in riperia Comelchie juxta pratum ipsorum prioris et fratrum quod vocatur pratum ravi arsu alias, nos predicti Guillelmus et Maria de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate et pro dictis octo solidis turonensibus nobis datis et pro dicto campertagio nobis et nostris heredibus dimisso et quitato donavimus et concessimus et penitus quitavimus predictis priori et fratribus aliam medietatem tercie partis dicti prati nostri cum alia medietate sita ita quod ipsi tertiam partem tocius dicti prati nostri habebunt sine reclamatione nostri et heredum nostrorum et hereditarie et perhenniter pacifice possidebunt quam terciam partem tocius dicti prati nos et nostri heredes super nostrapx alia hereditate tenemur a modo et in perpetuum deservire et super sacrosancta jurabimus que in dicta tercia parte tocius dicti prati nichil de cetero reclamabimus ratione debitis seu debitalicii sine quacumque alia ratione nec faciemus per aliquem reclamare. immo nos et nostri heredes dictam terciam partem tocius dicti prati tenemur deliberare et garantire et defendere contra omnes et ut dictum est super nostrapx aliapx hereditatepx de omnibus serviciis et redibitionibus deservire. Ut hec autem omnia promissa tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ego predictus Guillelmus et ego Maria ejus uxor obligamus nos et nostros heredes

CLXXI (2) per presentes litteras quas eisdem contulimus inf sigillis nostris sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LXXX° primo, mense martio.

(Cart du Val Dieu f° 40 r° col. 2)

CLXXII Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus Borgoigne et Maria ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et omnium heredum nostrorum voluntate vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro LXXXa et V solidis turonensibus quos integre habuimus et recepimus et de quibus nos tenemus pro pagatis quamdam petiam terre morentem ex uhel Maria et sita est inter terram Johannis de Memousse ex una parte et terram Hugonis de Memousse ex alia. Vendidimus ita dictam terram petiam totaliter et integre sicut se possidet et sicut dividitur et metatur tenendam et habendam predictis priori et fratribus libere et quiete et jure emptionis bne hereditarie et perhenniter pacifice possidendam salvis serviciis feodalium dominorum. nos quidem super sacrosancta juravimus et etiam ego dicta Maria specialiter spontanea non coacta nec vi nec dolo ad hoc inducta que in dicta petia terre quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamare que nos transtulimus et per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium, proprietatem et possessionem que omnia nos in dicta petia terre vendita habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Ad hanc autem venditionem garantizandam et ad hec omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ac eorumdem successoribus ego predictus Guillelmus et ego Maria ejus uxor obligabimus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus hiis sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° I° mense martio.

(Cart. du Val Dieu fo 40 vo col. I)

CLXXIII Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Cailleis salutem in Domino. Noverint universitas vestra Girardum de Cailleis fratrem meum servidis, et fratribus Sancti Eligii juxta Mauritaniam ordinis sancte Trinitatis et captivorum pro LX^a et X solidis turonensibus quos habuit grandam terram et pratum sitam in valle de Hbaete et abbotat ex una parte terre mee et ex altera parte terre quam magister Robertus de Cesnal acquisivit a Girardo Thiel et acostat ex una parte terre Radulphi de Cailleis fratris mei et ex altera parte terre Roberti Vilois possidendam dictis fratribus in perpetuum liberam et quietam ab omnibus serviciis, taillis et auxiliis, exactionibus et rebus aliis ad me et ad heredes meos et etiam ad quoscumque inde spectantibus quoquo modo. Ad hanc autem venditionem tenendam fideliter firmiterque garantizandam dictis fratribus bona fide contra omnes, dictus Girardus se astrinxit prestito corporaliter sacramento et ad idem heredes suos obligavit. Quod dictis fratribus presentes litteras sigilli sui munimine sigillatas. Et ego jam dictus Guillelmus Dominus feodi dictam venditionem sub dicta forma factam volui et concessi et eam tenebor garantizare dictis fratribus sub forma pretaxata in perpetuum bona fide et ad idem heredes meos volui obligari sigillum meum litteris presentibus apponendo in majus predictorum testimonium et munimen. Actum anno Domini M° CC° XXX° V° mense aprili.

(Cart. du Val. Dieu f° 40 v° col. 2)

juin 1274

échange fait par Guillaume Borgoigne et Maria son épouse d'une part et les religieux du Val Dieu d'autre part, d'un pré sis entre le pré de Gillot Sarrazige et la rivière de Commeauche, contre 30 sous tournois.

CLXXIV Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus dictus Bourgoingne et Maria ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos jam dudum tradidissemus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis quoddam pratum quod situm est inter pratum Gilodi Sarrazige ex una parte et pratum dictorum prioris et fratrum ex altera et abbotat aque Commeauche ex una parte et prato ipsorum prioris et fratrum ex altera, reddendo exinde nobis et nostris heredibus VIII solidos annui redditus annuatim. Tandem nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate et per escambium perpetuum factum inter nos dictos VIII solidos annui redditus et pariter dictum pratum pro quo debebatur dictus redditus diminuimus et penitus quitavimus predictis priori et fratribus ac eorum successoribus tenendum et habendum quicte et libere ab omnibus remanendum et pacifice possidendum, ita quod ipsi prior et fratres in loco et escambio dicti redditus et dicti prati quod nos ipsis diminuimus et quitavimus dederunt nobis XXXa solidos turonenses, quos integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis et pariter quod dam pratum situm quod ipsi emerunt et acquisierunt de Girardo Le Bigot, quod pratum situm est inter pratum ipsorum prioris et fratrum ex una parte et terram dicti Bigot ex altera et abotat dicto Jollet, dictum pratum nobis et nostris heredibus hereditarie et perhenniter remanendum quicte et libere ab omnibus et pacifice possidendum. Nos quidem predicti Guillelmus et Maria super sacrosancta juravimus quod in dictis VIII solidis annui redditus et in dicto prato quem redditum et quod pratum nos diminuimus et penitus quitavimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari quo nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres omne jus et dominium proprietatem et possessionem

CLXXIV (2) que omnia nos in dicto redditu et in dicto prato habebamus et habere poteramus quacunque ratione sive causa. Quod etiam pratum nos et nostri heredes teneamur deliberare predictis priori et fratribus et garantire et defendere contra omnes et erga omnes dominos de omnibus redditibus et serviciis deservire super nostram aliam hereditatem, quam ad hoc obligamus a quibuscunque gentibus et quibuscunque temporibus sit possessa. Ad hec autem omnia et singula premissa tenenda et firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus a eorum successoribus ego predictus Guillelmus et ego Maria ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno gratie M° CC° LXX° quarto, mense junio.

(Cart. du Val Dieu f° 41 r° col. 1) Arch. du Dep' de l'Orne H. 2695 orig. en parchemin)

CLXXV Universis presentes litteras inspecturis Garinus de Monte galen etc. Hec littera fuistata est per segrentem isti calligalam.

CLXXVI Ego Guerinus de Mont-galen et ego Nicolina ejus uxor et ego Christianus Vitalis Veridic et ego Djonisia ejus uxor et ego Robinus Dou Bignon notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum nos dudum tradiderimus priori et fratribus domus Vallis Dei Cartusiensis ordinis grandam petiam terre sitam inter praturn quod vocatur pratum au Bordais ex una parte et terram heredum defuncti Loutini de la Bermerie ex altera eandem petiam terre tenendam et habendam hereditarie et perhenniter ipsis priori et fratribus pro VIII solidis annui redditus cursalis monete patrie nobis et nostris heredibus annis singulis persolvendis. Tandem nos de communi nostro assensu vendidimus et concessimus dictis priori et fratribus pro XLa solidis turonensibus quos integre habuimus et de quibus nos tenemur pro pagatis omnem dictum redditum qui pro dicta petia terre nobis debebatur et pariter quicquid juris nos in dicta petia terre habebamus et habere poteramus ipsi priori et fratribus quicte et libere hereditarie et perhenniter remanendum. Nos quidem super sacrosancta juravimus quod nos dicto redditu quem vendidimus et in dicta petia terre pro qua debebatur dictus redditus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus reclamari ratione dotis seu dotalicii sive quacumque alia ratione que nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos in dicto redditu vendito et in dicta petia terre habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Hec autem omnia et singula supradicta tenenda finiter in perpetuum in dicta domo predicti priori et fratribus ac eorum successoribus ego predictus Guerinus et ego Djonisia ejus uxor et ego Robinus obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M°CC°LXX°VI° mense aprili.

CLXXVII Universis presentes litteras inspecturis, Johannes Piel et Helina ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum Robertus Le Mercier et Maria ejus uxor debeant nobis hereditarie ad festum Sancti Remigii annuatim III solidos annui redditus cursalis monete patrie, pro quadam petia terre sicut se possidet cum domo, quam terram nos tradidimus ipsis pro dictis tribus solidis redditus; que petia terra cum domo sita est juxta hemimum de la Bieliere inter terram nostram ex una parte et terram Guillelmi Piel ex altera. Tandem nos de communi nostro assensu vendidimus priori et fratribus Vallis Dei pro XXX^a solidis turonensibus quos integre habuimus dictos III solidos annui redditus habendos et recipiendos quitos et liberos ab omnibus, ipsis priori et fratribus per manus dicti Roberti et ejus uxoris et eorum heredum, quos ad hoc attornavimus in festo Sancti Remigii annuatim et super sacrosancta juravimus que in dictis tribus solidis redditus quos vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus reclamari, que nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores, omne jus et dominium quod nos in dictis tribus solidis redditus venditis habebamus et habere poteramus, quacumque ratione sive causa; que petia terre cum domo incumbet et remanebit hereditarie ipsis priori et fratribus emptoribus, si dictus Robertus et ejus uxor vel eorum heredes dictos tres solidos redditus non reddiderint in dicto festo Sancti Remigii vel infra

CLXXVII (2) octabas annuatim. Ad hanc autem omnia premissa tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ac eorumdem successoribus ego predictus Johannes et ego Adelina eius uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eis dem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° VII° mense februarii.

(Cart du Val Dieu f° 41 v° col 1 et 2)

CLXXVIII Universis presentes litteras inspecturis, Raginaldus Hodoin et Johanna ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro sexaginta et decem solidis turonensibus quos integre habuimus et de quibus nos tenemur pro pagatis quamdam petiam prati sitam in parochia de Jehis inter pratum Gaufridi Hodoin ex una parte et pratum hereditum defuncti Roberti Bon Larriz ex altera et abotat a la Mere ejus de Villete vel a la monte ejus ex una parte et au liez molendini novi ejusdem aque ex altera. Vendidimus ita dictam petiam prati totaliter et integre sicut se posbidet et sicut ab omni parte dividitur et metatur tenendum et habendum dictis priori et fratribus ac eorum successoribus quite et libere ab omnibus serviciis et rebitionibus ad quoscumque quocumque modo pertinentibus hereditarie et perhenniter pacifice possidendum. Nos quidem super sacrosancta juravimus et pariter nos astrinximus per fidem quam prestitimus corporalem que in dicta petia prati quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus reclamari ratione dotis seu dotalicii sive quacumque alia ratione. Quia nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium, proprietatem et possessionem. que omnia nos in dicta petia prati vendita habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Preterea nos et nostri heredes dictam petiam prati venditam cum omnibus pertinentiis suis tenemur deliberare dictis priori et fratribus emptoribus et garantire et defendere contra omnes et erga omnes domnos deservire de omnibus serviciis et rebitionibus quibuscumque super nostram aliam hereditatem ubicumque sit, quam aliam hereditatem nostram ad dictam deliberationem et dictam defensionem faciendam in

(4xxviii (2) posterum nos penitus obligamus a quibuscumque gentibus et quibuscumque temporibus sit postessa. ita quod per obligationem nostre hereditatis factam nos vel nostri heredes seu quicumque nostri successores dictos priorem et fratres de dicta petra terre prati vendita non possumus per defectum deliberationis seu defensionis dimittere incurrere in manum alicujus domini feodalis. Vt hanc autem venditionem deliberandam et garantizandam in dicta forma et ad hec omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ac conventui successoribus per presentes litteras quas eisdem priori et fratribus contulimus in sigillis nostris bigillatas. Actum anno Domini m° cc° octogesimo secundo, mense septembris.

(Cart. du Val Dieu f° 41 r° col. 2 et f° 42 r° col 1)

CCXXIX Universis presentes litteras inspecturis, ego Heloisia / dicta la Brunende quondam uxor Ignati Stephani Brunent / et ego Nicholaus Brunent filius et heres eorumdem salutem in Domino. Noverint universi quod cum contentio verteretur inter nos ex una parte et religiosos viros et honestos priorem et fratres prioratus de Valle Dei, ordinis Cartusiensis ex altera, videlicet super hoc quod petebamus habere ab ipsis fidem et homagium et alia servicia super tricesimam sextam partem mouture molendini de Chauderon que de jure pertinet priori et fratribus predicti prioratus in perpetuum capienda et habenda, et e contrario ipsi dicebant exinde nulla servicia se debere. Tandem super hoc habito bonorum virorum consilio et amicorum nostrorum pacificatum fuit inter nos et ipsos in hunc modum quod nos volumus et concedimus que prior et fratres predicti prioratus et successores sui capiant et habeant et percipiant tricesimam sextam partem totius mouture molendini predicti liberam et immunem de omnibus rebus ad nos et heredes nostros pertinentibus quoquo modo dicque nos nec heredes nostri nec aliquis alius ratione nostri ab ipsis ratione dicti molendini fidem et homagium nec alia servicia non possumus petere nec habere; immo ipsos successores nos ab omnibus serviciis pertinentibus ad nos et heredes nostros ratione mouture predicte molendini predicti quitavimus et absolvimus in futurum sine aliqua contradictione seu reclamatione nostri vel heredum nostrorum super hiis de cetero facienda. Ut hoc autem tenendum in perpetuum ut dictum est superius contradictione aliqua non obstante nos et heredes nostros voluimus obligari per presentes litteras quas sigillis nostris cor-

CLXXIX (2) firmavimus in testimonium
prothissorum. Actum anno Domini
M° C C° octogesimo secundo mense
julio.

(Cart du Val. Dieu fo 42 r° col 1 et 2)

CLXXX Universis presentes litteras inspecturis Johannes dictus Archenier et Adelina ejus uxor, salutem in Domino. Noveritis quod nos vendidimus et concessimus de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro una mina bladi de valore XII solidorum turonensium quicquid habebamus et habere poteramus in quodam angulo prati desuper Commelichiam quod jungitur ex utraque parte pratis predictorum monachorum quod ipsi emerunt de Bernariis et Despiaus dictam peciam nostram predictis priori et conventui libere et pacifice et quicte de omnibus rebus, servitiis et exactionibus pertinentibus ad quoscumque. Quod ut ratum et stabile in futurum permaneat presentes dedimus litteras priori et conventui sigillorum nostrorum munimine roboratas per quas volui omnes heredes meos in perpetuum obligari. Datum anno Domini M° CC° LX° mense maii.

(Cart. du Val Dieu ch. f° 43 r° col 1)

CLXXXI Noverint presentes litteras inspecturis Johannes dictus Belutel et Ysabel ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro XXXa libris turonensibus quas integre habuimus et recepimus et de quibus nos tenemur pro pagatis omnem illam hereditatem quam nos habebamus apud Monoussu in parochia de Jenis movientem ex me Johanne sicut illa hereditas se possidet in hebergamento, et domibus, et terris, pratis, pasturis et in quibuscumque rebus aliis. Vendidimus ita omnem dictam hereditatem totaliter et integre sicut se possidet tenendam et habendam predictis priori et fratribus ac eorum successoribus libere et quiete et jure emptionis me hereditarie et perhenniter pacifice possidendam salvis redditibus feodalium dominorum. Nos quidem super sacrosancta jurauimus quod in dicta hereditate quam vendidimus michil de cetero reclamabimus ratione dotis seu dotalicii sive quacumque alia ratione nec faciemus per aliquem reclamare que nobis transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium, proprietatem et possessionem que omnia nos in dicta hereditate vendita habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa michil libidem penitus retinentes. Preterea nos et nostri heredes dictam hereditatem quam vendidimus predictis priori et fratribus tenemur deliberare et garantire et defendere contra omnes ad usus et consuetudines patrie generales. Ad hanc autem venditionem et ad hec omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ac eorum successoribus ego predictus Johannes et ego Ysabel ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per

CLXXXI (2) presentes litteras quas eis dein contra-
dimus in sigillis nostris sigillatas.
Actum anno gratie M° CC° LXX^mo primo
mense aprilis.

(Cart. du Val Dieu f° 43 r° col 1 et 2)

CLXXXII Universis presentes litteras inspecturis Johannes de Mennoussu salutem in Domino. Noveritis quod ego de assensu et voluntate omnium heredum meorum vendidi et nomine venditionis concessi Matheo dicto Belutel pro XXXª et VI libris turonensibus quas integre habui et recepi in denariis numeratis de quibus me teneo pro pagato, omnem meam hereditatem quam ego habebam et habere poteram in parochia de Ferris ex parte patris mei et ex parte matris mee et ex emptione et acquisitione mea et quacumque alia ratione sicut illa hereditas se possidet in terris, pratis, pasturis et in quibuscumque aliis rebus juxta leprosariam de Ferris et juxta terram Symonis Lercer militis et juxta rahum dicte leprosarie et acoustat ab utroque latere chemino regio per quod itur de Marchesvilla ab Mauritaniam. Vendidi da omnem dictam hereditatem totaliter et integre sicut se possidet in quibuscumque locis et in quibuscumque rebus tenenda et habenda dicto Matheo et suis heredibus libere et quiete et jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidenda. Ego quidem predictus Johannes super desbrosanda juravi quod in dicta hereditate quam vendidi cujus hereditatis ego donavi quintam partem in elemosinam domini Vallis Dei et fratribus ejusdem domus michil de cetero reclamabo, nec faciam per aliquem reclamare, quia ego tradidi per traditionem presentis carte in ipsum Matheum emptorem omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia ego in dicta hereditate vendita habebam et habere poteram quacumque ratione sive causa excepta immo dicta quinta parte quam ego in elemosina dedi dictis fratribus Vallis Dei. Preterea ego predictus

C4xxxII(2) Johannes et mei heredes Vidam here-
ditatem randitam teneamus deliberare
predicto Matheo et suis heredibus et
garantizare et defendere contra omnes
balvis serviciis feodalium dominorum.
In hec autem omnia et singula supra-
dicta tenenda firmiter in perpetuum
predicto Matheo et suis heredibus ego predic-
tus Johannes obligo me et meos heredes
et rollo penitus obligari et per presentes
litteras quas eidem Matheo contuli et
sigillo meo sigillatas. Actum anno
Dominj M° CC° 4xx° primo, mense
aprilis.

(Cart du Val Dieu f° 43 r° col 2 et r° col 1)

CLXXXIII Universis presentes litteras inspecturis Matheus dictus Belutel de Memoussu et Christiana ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum Johannes de Memoussu jamdudum vendiderit nobis et nostris heredibus et nomine venditionis concesserit precio XXX^ti et VI librarum turonensium quas idem Johannes a nobis integre habuit et recepit omnem illam hereditatem quam ipse habebat et habere poterat in parrochia de Jenis ex parte patris sui et ex parte matris sue et ex emptione et acquisitione sua et quacumque alia ratione sicut illa hereditas se possidet in terris, pratis, et pasturis et in quibuscumque rebus aliis justa leprosariam de Jenis et justa terram Symonis Le Veer militis et justa viam dicte leprosarie et accultat ab utroque latere chemino regio per quod itur de Marcheville ad Mauritaniam. Nos de communi nostro assensu et omnium heredum nostrorum voluntate vendidimus et concessimus priori et fratribus Vallis-Dei Cartusiensis ordinis pro XXX^ta et VI libris turonensibus quas integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis omnem dictam hereditatem quam nos ut dictum est a dicto Johanne emimus et acquisivimus sicut se possidet in dictis rebus et in dictis locis tenendam et habendam predictis priori et fratribus quiete et libere et jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendam et pariter concessimus eisdem priori et fratribus quintam partem dicte hereditatis quam dictus Johannes de Memoussu ipsis in elemosinam dedit et concessit. Nos quidem super sacrosancta juravimus que in dicta hereditate quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari; que

CLXXXIII(2) nos transtulimus per traditionem
presentis instrumenti in ipsos priorem
et fratres emptores, omne jus et domi-
nium, proprietatem et possessionem
que omnia nos in dicta hereditate
vendita et in dicta quinta parte dicte
hereditatis in elemosinam data habe-
bamus et habere poteramus ratione
successionis vel caduci, seu quacumque
alia ratione sive causa, salvis serviciis
feodalium dominorum que fient
et in perpetuum per manus johannis
de Memoussu primogeniti et heredum
suorum. qui johannes primogenitus
dicti frater et germanus predicti johan-
nis de Memoussu qui johannes
primogenitus et sui heredes facient fi-
dem et homagium pro dictis priore
et fratribus quinta de dicta hereditate
dominis illius feodi in futurum. Ad
hec autem omnia et singula supradicta
tenenda firmiter in perpetuum in
dicta forma predictis priori et fratribus
et conventui successoribus ego predictus
Mathieus et ego Christiana ejus uxor
obligamus nos et nostros heredes
per presentes litteras quas eisdem trans-
tulimus in sigillis nostris sigilla-
tas. Actum anno gratie M° CC° LXX°
quarto, mense februarii.

(Cart du Val Dieu f° 43 v° col 1 et 2)

CLXXXIV Ego Girardus Jaiel et Ysabel uxor mea notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus viris religiosis Guillelmo priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis VI denarios censuales in festo Sancti Remigii persolvendos super hebergamentum de la Goardere et grandam petiam terre sitam juxta dictum hebergamentum que tenet Lucas de la Goardere et quicquid habemus in feodo de Jengretis et quicquid habere poterimus in dicto feodo et in varassoria de Jengretis et ne nos vel heredes nostri contra predicta venire valeamus in futurum predictis viris religiosis dedimus nostras litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini : M° CC° XL° VII^mo^ mense februarii.

(Cart. du Val Dieu f° 44 r° col 1)

CXXXV Universis presentes litteras inspecturis, ego Radulphus Galoche homo virorum religiosorum priorum et conventus Vallis Dei et Margareta mea uxor notum facimus quod nos et nostri heredes tenemur et tenebimur reddere annuatim de cetero viris religiosis priori et conventui Vallis Dei in festo omnium Sanctorum vel infra octabas VI denarios annui census monete usualis qui census assignatur percipiendus eisdem super tribus petiis terre quas ipsi acquisierunt a monachis Sancti Eligii, quas tres petias terre dicti prior et conventus Vallis-Dei michi et meis heredibus tradiderunt et concesserunt pro dicto annuo censu VI denariorum et pro VI libris turonensibus quos propter hoc eisdem dedi et solvi prout continetur in cartula quam habui sigillo suo sigillatam. Sciendum est autem quod ego exinde constitui me esse suum hominem ita quod per dictum censum VI denariorum michi et meis heredibus ipsi tenebuntur garandire et defendere contra omnes de omnibus rebus pertinentibus, ad quoscumque tres petias dictas terre et quotienscumque nos defecerimus de persolutione dicti census dos dictis fratribus Vallis Dei de VII solidis et dimidio tenebimur emendare. In cujus rei testimonium ego Radulphus et dicta Margareta mea uxor presentes litteras dedimus predictis priori et fratribus sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° XL° VII mense januario.

(Cart. de Val Dieu f° 44 r° col 1)

CLXXXVI Universis presentia inspecturis ego Guillelmus de Molendinellis et Juliana uxor mea notum facimus quod nos tenemur reddere annuatim viris religiosis et honestis priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis IV^or libras annui redditus monete cursalis videlicet ad festum Sancti Remigii XL^a solidos et ad natale Domini alios XL^a pro terra sua quam habent in feodo de Maiis quam nobis tradiderint possidendam quamdiu vixerimus pro dicto redditu prout continetur et dividitur in cartula quam nobis dicti fratres tradiderunt super hoc sigillo suo sigillatam. Et sciendum est quod nos tenemur edificare in dicta terra sua nobis tradita quamdam domum competentem de nostro proprio et post obitum nostri domum dicta terra sua cum dicta domo et cum omni emendatione quam ibi fecimus ad ipsos devoluta revertetur et si aliquid dicti tenementi sui voluerimus exemplare nos tenebimur illud mamare et quocumque defecerimus de persolutione dicti redditus quatuor librarum per dictos terminos, dicos tenebimur eisdem de VII solidis et dimidio emendare. In cujus rei testimonium nos dedimus presentes litteras sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° 4° III° mense martio.

(Cart de Val Dieu f° 44 r° col 2)

CLXXXVII Universis Christi fidelibus litteras inspecturis Garinus Richart laicus salutem in Domino. Noveritis quod ego terram et heredes mei reddere annuatim IVor solidos turonenses in festo Sancti Dyonisii monachis de Valle Dei Cartusiensis ordinis ad summum ipsorum propriam compositione facta inter me ex una parte et ipsos ex altera super ascha terre sita juxta fontem Sancti Victoris quam Richart sibi esse clamosinatam ab Andrea clerico consanguineo meo defunto. Tali conditione quia si non redderemus eos ad predictum terminum pro unaquaque eb domada transacta predictis terragiis remanseat predicta cum tota sua de cassipo de Tinchart quam possit impignorare nobis libere et pacifice deserendum ipse et heredes sui ad predictis minime poterunt calumpniare. Nos vero predicto teneremur ad penam VI denariorum et in dilationem istam Domino feodi emendare legitime teneremur. Ego Johannes Gohori dominus feodi ad petitionem partium istam compositionem sigillo meo confirmavi et promisi bona fide eandem facere servari per et fideliter conservari.

(Cart. du Val Dieu f° 44 r° col 2 et v° col 1)

CLXXXVIII Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus dictus Escolbel et Agnes ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate vendidimus et nomine venditionis concessimus priori Vallis Dei et fratribus Cartusiensis ordinis pro XIII libris turonensibus quas integre habuimus et recepimus in denariis numeratis de quibus nos tenemus pro pagatis, tres petias terre quas nos habebamus movентes ex una agreta sitas inter Cogaude et villam Sancti Medardi de Reignou que prima sita est inter cheminum per quod itur de Cogaude ad sanctum Medardum ex una parte et terram relicte defuncti Hugonis Renart ex altera sicut ibidem mete sunt posite et alia tota inferius terre Johannis de Pechou et superius cheminum per quod itur de Tenis ad Mansas et secunda petia terre sita est continue super primam dictam petiam terre cheminum de Tenis et de Mansis predicto interposito et est inter cheminum per quod itur de Cogaude ad Sanctum Medardum cum sepibus et fossatis ex una parte et terram dicte relicte defuncti Hugonis Renart ex altera et sicut se proportat per circuitum ab omni parte sicut ibidem mete sunt posite; et tercia petia terre sita est inter terram heredum defuncti Radulphi Renart ex una parte et cheminum per quod itur de molendino de Cogaude ad Sanctum Medardum ex altera et alia tota inferius terre fratrum Vallis Dei et superius terre relicte defuncti Hugonis Renart sicut ibidem mete sunt posite et pariter vendidimus eisdem priori et fratribus XII denarios censuales qui nobis debebantur super domo Guillelmi de Sarnei clerici, filii defuncti Johannis de Sarneio et omne jus et dominium justiciam et districtum que nos habebamus et habere poteramus in dicta domo et terra et orto et in aliis pertinenciis

146

CLXXXVII(?) Dicte Domus. Vendidimus ita tres
Dictas petias terre totaliter et integre sicut
se possident et sicut ab omnibus partibus
dividuntur et pariter dictos XII denarios
censuales et omne jus et dominium
justiciam et districtum que nos habe-
bamus et in dicta domo et in suis
pertinenciis et habere poteramus tenere
dum et habendum predictis priori et fra-
tribus quicte et libere ab omnibus et
jure emptionis sue hereditarie et perhenniter
pacifice possidendum. Nos quidem super
sacrosancta juravimus quod in dictis
tribus petiis terre quas vendidimus et
in dictis XII denariis census et in dicta
domo cum omnibus pertinenciis suis
cujus domus omne jus et dominium
vendidimus nichil de cetero reclamabimus
nec faciemus per aliquem reclamare quo
nos transtulimus per traditionem pre-
sentis instrumenti in ipsos priorem et
fratres emptores omne jus et dominium
proprietatem et possessionem que omnia
nos in dicta tedra vendita et in dicto censu
vendito et in dicta domo cum suis pertinen-
ciis sicut se possidet in villa Sancti-
Nevardi habebamus et habere poteramus
quacumque ratione sive causa. Preterea nos
et nostri heredes tenemur deliberare de omni-
bus serviciis et redibitionibus dictas tres petias
terre et dictam domum cum suis perti-
nenciis et garantire et defendere contra
omnes predictis priori et fratribus et erga
omnes dominos de omnibus serviciis et
redibitionibus deservire super nostra alia
hereditate quam nos ad dictam delibera-
tionem faciendam obligamus et penitus
obligari volumus a quibuscumque gentibus
et quibuscumque temporibus sit possessa.
Ut hec autem omnia et singula supradicta
tenenda firmiter in perpetuum sint dicta
forma predictis priori et fratribus ego predic-
tus Guillelmus et ego Agnes ejus uxor
obligamus nos et nostros heredes per pre-
sentes litteras quas eisdem contulimus in
sigillis nostris sigillatas. Actum anno
Domini M° CC° LXX° primo mense sep-
tembris.

(Cart du Val Dieu f° 44 v° col 1 et 2)

CCXXXIX Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus dictus Escobel et Agnes ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum nos libraremus domni Dei de Mauritania tres solidos annui redditus cursalis monete patrie in festo Sancti Remigii annuatim, assignatos super quadam petia terre nostre sita inter terminum per quod itur de Gorgaudre ad villam Sancti-Medardi de Reigrou ex una parte et terram relicte defuncti Hugonis Menart ex altera et cum nos tandem vendidimus priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis dictam petiam terre quitam et liberam ab omnibus tolangue descriptam super nostra alia hereditate et cum predicti prior et fratres nullo modo velint reddere predicto domni Dei de Mauritania dictos tres solidos annui redditus nisi nos in alio competenti loco tres solidos annui redditus eisdem bone et fideliter assignaremus. nos predicti Guillelmus et Agnes assignavimus de communi nostro assensu ipsis priori et fratribus tres solidos annui redditus cursalis monete patrie percipiendos super quadam petia terre hostha que vocatur le Mareis, et est sita inter terminum per quod itur de villa Sancti-Medardi ad la Tolerie ex una parte et terram elemosine ecclesie Sancti Medardi ex altera, dictos tres solidos annui redditus habendos predictis priori et fratribus et recipiendos quitos et liberos ab omnibus rebus ad quoscumque pertinentibus per manus nostras et heredum nostrorum seu successorum in festo Sancti Remigii annuatim ita quod si nos vel nostri heredes dictos tres solidos annui redditus quitos et liberos ab omnibus predictis priori et fratribus in dicto festo Sancti Remigii vel infra octabas annuatim integre non reddiderimus, omnis dicta petia terre que vocatur le Mareis, totaliter

CCXXXIX (2) et integre sicut se possidet et sicut dividitur et metatur ad hoc obligata, ipsis priori et fratribus incurret et remanebit sine reclamatione nostri et heredum nostrorum hereditarie et perhenniter pacifice possidenda quieta et libera ab omnibus et super nostra hereditate alia descripta. Quod tenendum firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus dicti et nostros heredes obligamus per presentes litteras in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° XXX° primo mense septembris.

(Cart du Val Dieu f° 45 r° col 1)

CXXXX. Noverint universi quod ego Guillelmus prior Vallis Dei Cartusiensis ordinis, totiusque ejusdem loci conventus tradimus ad firmam Roberto dicto le Bigot quicquid habemus in terra sua et Odonis fratris sui camparti pro una quinta melioris bladi crescentis in terra sua quamdiu vixerit ita quod nobis teneatur reddere predictam minam in festo Sancti Remigii; quod si non faceret pro una quaque die elapsata transacta post terminum nobis VI denarios pro pena reddere teneatur et post mortem ejus heredes sui a solutione predicti bladi remanebunt immunes et nos predictum campartum recipiendum sicut antea solebamus. Et ut hoc firmum et stabile permaneat presentes litteras sigilli nostri munimine confirmamus. Datum anno Domini M° CC° XL° VI° mense martii.

(Cart. du Val Dieu f° 45 r° col 2).

CXCI Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus prior Vallis Dei Cartusiensis ordinis et conventus ejusdem loci salutem. Noveritis quod nos tradidimus Robino de Chanderon et heredibus suis legitime procreatis quicquid acquisivimus apud Chanderon de ministro et fratribus Sancti Eligii de Mauritania ordinis Sancte Trinitatis et captivorum videlicet helbergamentum suum et partem nostram unius prati prout dividitur ex una parte a terra magistri Giraldi de Corion et ex altera prato Bronnilini et affrontat ravo de Boedieres et partem nostram noe prati maledicti et terram nostram pertinentem dicto helbergamento pro XXII solidis annui redditus turonensis nobis apud Vallem Dei persolvendis videlicet medietatem infra octabas omnium Sanctorum et aliam infra octabas beati Andree apostoli, quod si ipse vel heredes sui aliquem a solutione dicte pecunie defecerint predictis terminis omnia predicta cum parte sua de campo de Pinlart quam posuit in compleigium nobis libere et pacifice revolventur et ipse et heredes sui in predictis nichil poterunt reclamare. Nos vero predicto Robino et jus heredibus omnia predicta sub forma suprascripta tenemur garantizare et defendere contra omnes. In cujus rei testimonium predictis dedimus litteras nostras nostri sigilli munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° XL° VII° mense januarii.

(Cart du Val Dieu f° 45 r° col 2 et v° col 1)

192

CCXXXII. Universis presentes litteras inspecturis Bartholomeus dictus de Parvis et Petronilla ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate nos vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et fratribus Valles Dei Cartusiensis ordinis pro octo libris turonensibus quas integre habuimus ab ipsis et recepimus in denariis numeratis de quibus nos tenemus pro pagatis quendam locum qui vocatur Jouea Otren et est inter terram ipsorum prioris et fratrum ex una parte et terram quam ipsi emerunt de Stephano de Renalast et Johanna ejus uxore ex altera et est juxta pratum Herbelti Jou Megnil ex una parte et juxta terram ipsorum prioris et fratrum ex altera. Vendidimus ita dictam Joueam totaliter et integre sicut se possidet cum terra et nemore et omnibus rebus aliis et sicut ab omnibus partibus dividitur et metatur tenendum et habendum predictis priori et fratribus et eorumdem successoribus quite et libere ab omnibus et jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendum. Nos quidem super sacrosancta juravimus que in dicta hereditate quam vendidimus michil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari. Preterea nos et nostri heredes dictam Joueam cum omnibus pertinentiis suis tenemur deliberare predictis priori et fratribus et garantire et defendere contra omnes et erga omnes hominibus de omnibus servitiis et redibitionibus deservire super nostram aliam hereditatem quam ad hoc obligamus a quibuscumque gentibus et quibuscumque temporibus sit possessa que nos retinemus et contulimus super nostram aliam hereditatem omnes redibitiones et omnia servicia que pro dicta Jouea reddita possent vel debebant in posterum peti vel fieri feritus faciendo. Ad hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus de eorumdem successoribus, ego predictus Bartholomeus et ego Petronilla ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno D. M° CC° LXX^mo tertio mense octobris.

(Cartul. Val Dieu f° 45 v° col 1 et 2)

CXCIII Universis presentes litteras inspecturis Gaufridus de Mennousa et Johanna ejus uxor, salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et fratribus Vallis Dei Carthusiensis ordinis pro IX libris et dimidia turonensibus quas integre habuimus et recepimus et de quibus nos tenemus pro pagatis quandam petiam terre quam nos habebamus contiguam sitam in parochia de Jerris in valle Des Baubeleires inter terram dictorum prioris et fratrum. Vendidimus ita dictam petiam terre totaliter et integre sicut se possidet et sicut ab omni parte dividitur et metatur tenendam et habendam predictis priori et fratribus ac eorum successoribus quite et libere ab omnibus rebus ad quoscumque quocumque modo spectantibus et jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendam. Nos quidem super sacrosancta juravimus quod in dicta petia terre quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari quo nos transtulimus per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium proprietatem et possessionem que omnia nos in dicta petia terre habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Preterea nos et nostri heredes seu quicumque nostri successores dictam petiam terre quam nos vendidimus quitam et liberam ab omnibus tenemur deliberare de omnibus serviciis et redibitionibus quibuscumque predictis priori et fratribus et garantire et defendere contra omnes et erga omnes dominos deservire super nostram hereditatem aliam quam nos ex nunc ad dictam deliberationem faciendam obligamus a quibuscumque temporibus et quibuscumque gentibus sit possessa, continentes et retinentes omnes redibitiones, et omnia servicia que pro dicta

CXCIII (2) petia terre vendita possent vel de-
berent in posterum peti vel fieri,
super nostram aliam hereditatem, de hoc
obligatam in perpetuum faciendo. Ad
hec autem omnia et singula supradicta
tenenda firmiter in perpetuum in
dicta forma, predictis priori et fratribus
ac eorum successoribus, ego predictus
Gaufridus et ego Johanna ejus uxor
obligamus hos et nostros heredes per
presentes litteras quas eisdem contuli-
mus in sigillis nostris sigillatas. Da-
tum anno Domini M° CC° LXX° quarto
mense augusto.

(Carl. du Val Dieu f° 45 v° col 2 f° 46 r° col 1)

CXCIV Universis presentes litteras inspecturis
Johannes de Mennoussa et Tricia ejus
uxor salutem in Domino. Noveritis quod
nos vendidimus priori et fratribus Vallis
Dei Cartusiensis ordinis pro xl^a solidis
turonensibus quos integre habuimus
et de quibus nos tenemus pro pagatis
quandam petiam terre nostre que
vocatur les Serrers et est sita in feodo
Roberti de Sauz in parochia de Thenis
inter^a terram Roberti Fabri de Mar-
chesvilla et una parte et terram quam
dicti monachi emerunt de Guillelmo Bor-
goingne ex altera et abotat^t terre nostre
ex una parte et terre quam Gaufridus
le Commanche vendidit eisdem ex altera.
Vendidimus ita dictam petiam terre
totaliter et integre sicut se possidet
tenendam et habendam dictis priori et
fratribus quite et libere ab omnibus
et jure emptionis sue hereditarie et per-
hebnniter pacifice possidendam. Nos quidem
super sacrosancta juravimus que in
dicta petia terre quam vendidimus ni-
chil de cetero reclamabimus ratione dotis
seu totalicii sive quacumque alia ratione
nec faciemus per aliquem reclamari.
quia nos transtulimus per traditionem
presentis instrumenti in ipsos priorem
et fratres emptores omne jus et dominium
proprietatem et possessionem que omnia
nos in dicta petia terre vendita habe-
bamus et habere poteramus quacumque
ratione sive causa. Preterea nos et nos
tri heredes dictam petiam terre venditam
tenemur deliberare predictis priori et
fratribus et garantire et defendere contra
omnes et unga omnes dominos de
omnibus et vendicionibus et serviciis
quibuscumque, deservire super nostram
aliam hereditatem quam ad hoc
obligamus a quibuscumque gentibus
et quibuscumque temporibus sit pos-

CXCIV(2) sessa. Nos hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis patri et fratribus ac eorum successoribus ego predictus Johannes et ego Sybilla ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° V° mense aprilis.

(Cart. du Val Dieu fo 46 vo col 1 et 2)

CXCV Universis presentes litteras inspecturis Johannes de Hermousa primogenitus salutem in Domino. Noverit vos quod cum Johannes de Hermousa frater meus integram donatus esset Domui vallis Dei Cartusiensis ordinis vendidisset Matheo Belertel et Christiane ejus uxori precio XXXa et VI librarum turonensium quas integre habuit omnem suam hereditatem quam habebat in parochia de Jenis ex parte patris sui et ex parte matris sue et quacumque alia ratione emptione seu acquisitione et devenit in elemosinam quintam partem dicte hereditatis sue Domui Vallis Dei et cum postea dictus Matheus et Christiana ejus uxor vendiderint priori et fratribus Vallis Dei precio XXXa et VI librarum turonensium quas integre habuerunt, omnem dictam hereditatem et cum ego dictus Johannes peterem a dictis priore et fratribus pro dicta hereditate quam emerunt revelationes et servicia mihi et meis dominis fieri. Tandem inter me ipsum Johannem et dictos priorem et fratres facta fuit taliter concordia videlicet quod ego dictam venditionem et etiam dictam elemosinationem approbavi, volui et concessi et ipsos priorem et fratres pro XXXa solidis turonensibus quos mihi dederunt et quos integre habui in bursa associavi, ita quod ego et mei heredes pro ipsis priore et fratribus faciemus fidem et homagium dominorum mittendo partem suam servicium dominorum secundum quod tenebunt quando de jure accident et eosdem priorem et fratres erga omnes dominos quantum de dicta hereditate deliberabimus et defendemus de fide et homagio et indempnes observabimus in futurum super nostram aliam hereditatem illius feodi quam ego dictus Johannes ad hoc obligo a quibuscumque gentibus et quibuscumque

cxcv(2)) temporibus sit possessa. Ut hec autem omnia et singula supradicta teneatur firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus et comma successoribus ego predictus Johannes obligo me et meos heredes per presentes litteras quas eisdem confici in sigillo meo sigillatas. Datum anno Domini M°CC° LXX° quarto, mense februarii.

(Carl du Val Dieu f° 46 r° col 2 r° col 1.)

CXCVI Universis presentes litteras inspecturis Colinus dictus Mucet et Johanna ejus uxor salutem in Domino. Noverit quod cum defunctus Guillelmus Mucet pater meus, donavisset leprosarie Sancti Medardi de Reignou XII denarios annui reditus sitos et assignatos super quam hereditatem de la Mouceteirie quam hereditatem prior et fratres Vallis Dei Cartusiensis ordinis emerunt et acquisierunt liberam et immunem et cum ipsi prior et fratres dicte leprosarie dictos XII denarios reditus bene et sufficienter assignaverint, ego dictus Colinus Mucet, et ego Johanna ejus uxor in loco et in escambio dictorum XII denariorum reditus pro nobis et pro Bartholomeo Moucet et pro Johanne Mucet et pro omnibus heredibus defuncti Guillelmi Mucet qui de nobis istud emerunt, assignavimus, tradidimus et concessimus predictis priori et fratribus XII denarios annui reditus cursalis monete patrie sitos et assignatos super nostram burgesiam sitam in villa de Corion cum omnibus pertinenciis suis scilicet cum domo et exitu anteriori et posteriori et cum terrassa ad eandem domum pertinenti, que burgesia sita est inter domum Thome dicti Bosini ex una parte et domum Terrici Le Vein ex altera et abotat ad mimo quod est ante fores ecclesie de Corion; tradidimus ita et concessimus dictos XII denarios annui reditus habendos et recipiendos quitos et liberos ab omnibus, predictis priori et fratribus per manus nostras et heredum nostrorum et defendendos ad ecclesiam Vallis Dei in festo Sancti Remigii annuatim ita quod omnia ebonnata qua a solucione dictorum XII denariorum reditus facienda nos vel nostri heredes

cxcvi ultra dictum festum Sancti Remigii
essarimus sex denarios nomine pene
eisdem priori et fratribus reddere tene-
bimur de pro dampnis suis et pariter
redditum supradictum. Ad hec autem
omnia et singula supradicta tenenda
firmiter in perpetuum in dicta forma
predictis priori et fratribus ac eorum
successoribus ego predictus Colinus Bon-
cet et ego Gotarina ejus uxor obliga-
mus nos et nostros heredes et dictam
burgesiam nostram cum suis pertine-
nciis suis per presentes litteras
quas eisdem concedimus in sigillis
nostris sigillatas. Actum anno Do-
mini M° CC° LXX° septimo, mense
februarii.

(Cart du Val Dieu f° 46 r° col 1 et 2)

CCXCVII Ego Garinus Fiel et Matheus Fiel et Agnes Fiele fratres et sorores notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum caritative dedimus et concessimus in puram et perpetuam elemosinam domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro salute animarum nostrarum et anime defuncti Fiel, Roberti patris nostri quoddam pratum quod nos habebamus communiter nobis, quod pratum jungitur ex una parte terre quam vendidit Matheus de Oliveto dicte domui de assensu nostro et voluntate nostra et ex altera parte jungitur aque de Commeauche et abutat ex una parte prato de Barberias et dictum pratum dicte domui et monachis ejusdem domus in perpetuum jure elemosine libere et quiete de rebus omnibus possidendum et ad dictum pratum elemosinatum dicte domui et monachis ejusdem domus defendendum et garantizandum de omnibus rebus pertinentiis omnibus et exactionibus ad quoscumque pertinentibus liberum et quictum nos obligamus et heredes nostros et omnes res nostras mobiles et hereditarias presentes et futuras et residuum bonorum hereditatis nostre ubicumque sit et undecumque ad nos possit in posterum devenire et ego Garinus Fiel et Matheus Fiel et Agnes Fiele in hujus rei testimonium predicte domui et monachis ejusdem domus presentes dedimus litteras sigillorum nostrorum munimine confirmatas et insuper ego predictus Garinus Fiel primogenitus filii Roberti Fiel per presentes scriptum notum facio universis quod ego totam venditionem quam fecit predictus Matheus frater meus monachis Vallis Dei, Cartusiensis ordinis absque reclamatione mei vel heredum meorum volo benigniter et concedo. Actum anno Domini M° CC° X4° VIII° mense maii.

(Cart du Val Dieu f° 47 r° col 1)

CXCVIII Ego Matheus Tiel et Agatha uxor mea notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos de assensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus et concessimus monachis Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro IV^or^ libris turonensibus nobis ab eisdem integre persolutis, X solidos annui redditus et perpetui communis monete Corbonensis et eos assignavimus eisdem habendos et percipiendos annuatim in festo Sancti Remigii libros et immunes de omnibus rebus ad quoscumque pertinentibus super terciam partem nostram emptionis quam nos fecimus a Johanne et Heloisia ejus uxore et super nostrum hebergamentum de Ponte et super quamdam noam quam nos habemus per lotum, que noa sita est inter cheminum per quod itur a Porto-Robore apud Sanctum Victurium et inter Roitorium dijungitur ex una parte prato quod est predictis monachis et ex altera parte predicto hebergamento; et si noa predicta ad nos non veniret per partem finalem nos tenemur excambire eam valore ad valorem ubicumque voluerint dicti monachi in parte nostra finali et hec omnia predicta posuimus in complegium de dicto redditu X solidorum dictis monachis reddendo annuatim ad terminum supradictum tali modo quod si nos vel heredes nostri vel Garinus Tiel vel sui heredes aliquotiens defecerimus de dicto redditu reddendo annuatim termino annotato omnia predicta in complegium apposita predictis monachis absque reclamatione aliqua libera et quieta de omnibus serviciis, exactionibus et rebus aliis ad quoscumque pertinentibus deveniet in perpetuum jure hereditario possidenda, salvo tamen servicio quod exinde dominis feodalibus debebuntur.

CXCVIII(2) Ad hoc faciendum et tenendum nos astrinximus prestitis corporalibus sacramentis per presentes litteras quas predictis monachis dedimus sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° XL° octavo, mense maii.

(Cart. du Val Dieu f° 47 1° col 2)

CXCIX Ego Johannes Bolart et Agnes uxor mea hoc actum facimus universis quod nos concedimus et approbamus elemosinationem prati desuper Communiauche quam fecerunt Garinus Siet et Matheus Siet fratres nostri Domui Vallis Dei Cartusiensis ordinis et insuper tenemur defendere et garantizare predicte Domui contra omnes. In cujus rei testimonium presentem cartam dignum duximus sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum anno Domini M° CC° XL° VIII° mense novembri.

(Cart du Val Dieu f° 47 r° col 1)

CC Ego Guarinus Siel et Matheus Siel et ego Johannes de Boillant et Lejardis uxor mea et ego Girardus dictus Berrurier et ego Guillelmus Berrurier clericus et laicus et ego Johannes Bolart et Agnes uxor mea notum facimus universis quod nos de assensu et voluntate uxarum nostrarum et omnium heredum nostrorum vendidimus et concessimus priori et conventui Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro x libris nobis ab eisdem plenarie persolutis quicquid juris hereditatis nos habebamus nobis communiter citra aquam Commeauche in feodo au Piaus tam in pratis et pasturis quam in terra arabili predictis priori et conventui habendum et possidendum in perpetuum jure emptionis sue libere et quiete de rebus omnibus ad nos et heredes nostros pertinentibus quoquomodo salvis tamen servitiis aliorum feodi dominorum et salvis VI denariorum annui redditus census et XII denariorum annue talie monete Corbonesis quos dictus Garinus Siel in dicta hereditate percipiet annuatim et ad hoc tenendum et garantizandum predictis priori et conventui ego Garinus Siel et Isabel uxor mea et ego Matheus Siel et Agatha uxor mea et ego Johannes de Boillant et dicta Lejardis uxor mea et ego Girardus Berrurier et Amelina uxor mea et ego Guillelmus clericus Berrurier et ego Guillelmus Berrurier laicus et Agatha uxor mea et Johannes Bolart et Agnes uxor mea nos astrinximus per corporalia sacramenta et obligavimus nos et heredes nostros per presentes litteras quas eisdem dedimus in hujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Datum anno Domini M° CC° XL° VIII° mense octobris.

(Cart du Val Dieu f° 47 v° col 1)

CCI Universis presentes et futuris Matheus dictus Piel et Agatha uxor ejus salutem in Domino. Noverint universi quod nos communi assensu et spontanea voluntate nostri et omnium heredum nostrorum devenimus et bona fide concessimus in puram, liberam et perpetuam elemosinem priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis partem nostram quam nos jure hereditario contingebat et contingere poterat de IV^or solidis quos nobis dicti prior et fratres reddebant annuatim ad festum Sancti Remigii de tallia pro terra Matherici de Oliveto videlicet VI denarios pro parte nostra. Similiter devenimus et concessimus dictis priori et fratribus partem nostram de clauso VI denariorum quos nobis et nostris participibus dicti prior et fratres reddebant annis singulis ad festum Sancti Johannis Baptiste videlicet III obolos. Preterea sciendum est quod nos vendidimus assensu et voluntate omnium heredum nostrorum predictis priori et fratribus V solidos annui redditus pro quinquaginta solidis nobis integre persolutis super partem nostram quam nos contingit vel contingere potest in campo qui vocatur Clausum de Cruce quod affrontat ex una parte Jurno Colini Mongrenne et ex altera parte orto Odonis Bulleri, dictum redditum percipiendum annuatim in exaltatione Sancte Crucis vel infra octabas dicti festi tali contradictione interposita quod si nos predicti Matheus et Agatha vel heredes nostri a solutione predicti redditus ad jam prefatum terminum aliquin defecerimus tota predicta pars nostra quicquid habemus et habere possumus in predictis campo et clauso de cetero in

CCI (2) manibus dictorum prioris et fratrum
sine reclamatione nostri vel heredum
nostrorum incurret ad sua facienda
plenariam voluntatem de quibus om-
nibus predictis sic tenendis et servandis
in perpetuum in dicta forma dictis priori
et fratribus, nos predicti Matheus et
Agatha uxor mea obligavimus nos
prestitis super hoc corporaliter juramentis
et conferendo eisdem priori et fratribus
presentes litteras sigillorum nostrorum
impressione communitas per quas
voluimus nos et heredes nostros suc-
cessive ad predicta omnia ut predic-
tum est tenenda obligari et astringi.
Actum anno gratie M° CC° L° primo
mense aprili.

(Carl de Val Dieu f° 47 v° col 2 et f° 48
r° col 1)

CC II Ego Garinus Fiel notum facio universis presentes litteras inspecturis quod cum prior et conventus Domus Vallis Dei Carthusiensis ordinis comparassent a Matheo Fiel patre meo XV solidos annui redditus sitos super quamdam partem hereditatis sue sicut continetur in cartis quas super hoc dictus Matheus dedit dictis monachis et ego eumdem redditum ratione propinquitatis retraxissem, pretrea ipsorum redditum de assensu et voluntate Isabelis uxoris mee et omnium heredum meorum predictis monachis rendidi iterum et quitavi omnino habendum in perpetuum et possidendum libere et quiete sicut predictus Matheus rendiderat eisdem absque reclamatione mei et heredum meorum et pro hac rendditione sive concessione mihi rendiderunt predicti monachi VIII libras turonenses peritus persolutas. In cujus rei testimonium predictis monachis ego dictus Garinus et Isabel uxor mea presentes dedimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° 4° quarto mense mai.

(Cart. du Val Dieu f° 48 r° col 1)

CCIII Universis presentes litteras inspecturis Matheus dictus Tiel et Agatha ejus uxor salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos communi assensu et spontanea voluntate nostri et omnium heredum nostrorum vendidimus et concessimus monachis Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro XL^a et V solidos nobis integre persolutis V solidos annui redditus et perpetui communis monete Corbonensis et eos assignavimus eisdem habendos et percipiendos annuatim in exaltatione Sancte Crucis liberos et immunes de omnibus rebus ad quoscunque pertinentibus cum aliis V solidos quos eisdem antea vendideramus sicut in ipsorum litteris plenius continetur et cum alios X solidis ad festum Sancti Remigii persolvendos sicut in aliis litteris constituetur similiter antedictos V solidos assignavimus super duas pecias terre quas habemus pro portione de tenemento defuncti Roberti Tiel patris mei quarum una vocatur terra defuncti Ithel que jungitur ex una parte prato predictorum monachorum et alia parte terre Petri Escomart et alia parte terre Roberti Livois; et alia pecia terre affrontat chemino per quod itur a Corto-Robore ad Salictum-Victurium et alia parte terre campi de Perrier et a latere terre Colini Morgnemme et alia parte hebergamento Garini Tiel et si predicte due pecie terre ad nos non devenerint pro parte finalem nos tenemur excambire valore ad valorem in campo de Valle vel de Valeia vel ubicumque in parte nostra finali et hec omnia possumus in complegium de dicto hereditu V solidorum dictis monachis reddendo

cc III (?) annuatim ad terminum su-
pradictum tali modo quod si nos vel
heredes nostri aliquoties defecerimus
de dicta redditu solvendo annuatim
termino annotato omnia predicta
in complegium apposita predictis mona-
chis absque reclamatione aliqua libera
et quieta de omnibus serviciis, exactio-
nibus et rebus aliis in manibus
predictorum fratrum Vallis Dei rema-
nebunt salvis tamen serviciis feodalium
dominorum. Ad hec autem tenenda
firmiter et garantizanda in futurum
bona fide promisimus et in hujus
rei testimonium presentes dedimus
litteras predictis fratribus ego Victus
Matheus et uxor mea Agatha sigillo-
rum nostrorum munimine roboratas.
per quas volumus similiter omnes
heredes nostros in perpetuum obligari.
Datum anno gratie M° CC° 4° octavo
mense januario.

(Cart de Val Dieu fo 48 ro col 1 et 2)

CCIV. Universis presentes litteras inspecturis Guarnerus dictus Piel salutem in Domino. Noveritis quod cum deberem priori et fratribus domus Valleis Dei ordinis Cartusiensis L^a solidos currentis monete Carbonensis annui redditus super totam hereditatem meam annis singulis duobus terminis persolvendos de voluntate et assensu Ysabelis uxoris mee et Johannis filii mei illi et successi eisdem priori et fratribus de eadem hereditate ad valorem ejusdem L^a solidorum reddituis ita quod fuit eis facta estimacionem bonorum nostrorum plenarie satisfactum videlicet illam peciam terre que se conjungit fossatis memorie dictorum prioris et fratrum a superiori parte ab inferiori vero parte que respicit versus domum meam et ab dextris et a sinistris se conjungit et continuat terre Colini dicti Mokquelme; item aliam peciam terre minorem cum pasticio sibi adjuncto et alneto que se similiter continuant predictis fossatis dictorum fratrum a superiori parte ab altera parte partim se continuant terre predicti Colini, partim prato ejusdem sicut divise ibidem posite hec ostendunt. A parte vero que respicit versus grangiam que vocatur Castellania se conjunguntur terre seu pasticio vel alneto que pertinent ad dictam grangiam que due predicte pecie terre quas predictis priori et fratribus tradidi excepto pasticio et alneto continent tres sextas terre arabilis et amplius item unam peciam prati sive noe que sita est subter domum meam inferius in ripparia prope aquam de Commeauche que se conjungit a parte que respicit Sanctum Victoricum, partim noe Roberti dicti Piel nepotis mei, partim parve pecie terre ejusdem partim et cuidam pecie terre mee ibidem posite que est contigua dicte parve pecie terre dicti Roberti nepotis mei, a parte vero opposita se conjungit parve pecie noe dicti Matheius Piel fratris mei,

CIV. (?) Item aliam petiam prati sive noe que minor est, que similiter ab illa parte que respicit Sanctum Victorem se continuat dicte parve noe dicti Matheri fratris mei, a parte aut sibi opposita se affrontat altera petie terre que est predicti Roberti negotis mei, a superiori vero parte que tendit versus Sonnum meam se continuat alteri petie terre mee; inferius vero a parte ague que dicitur Cunndeauche se continuant ambe noe major et minor prato dictorum prioris et fratrum quod vocatur pratum de Bernicis; ita et omnia per divisas ibidem positas ostenduntur; omnia siquidem supradicta duas petras terre cum pastorio et alneto cum duabus noys prout est superius annotatum tradidi et concessi priori et fratribus antedictis de assensu et voluntate dictorum Isabelis uxoris mee et Johannis filii mei pro recompensatione predicte decime L solidorum jure hereditario habenda perpetuo et possidenda libera et quieta ab omnibus serviciis, redivantiis et costumis et omnibus aliis quocunque nomine cuscantur retentis termino quatuor denariis requisibilibus nobis et nostris heredibus pro recognitione predictorum in octabas omnium Sanctorum annis singulis persolvendis volumus et concedimus que omnia omnino servicia redivantie vel consuetudines que ratione predictorum superioribus dominis, jure aligno debebantur vel que aligno casu seu occasione de cetero possent accidere super alia hereditate nostra transferuntur et remanent a nobis et a nostris heredibus de cetero persolvenda et ista omnia superius nominata tenemur nos et heredes nostri predictis priori et fratribus guarantigare et defendere contra omnes, nos et heredes nostros et omnia bona nostra mobilia et immobilia presentia et futura ubicunque sint ad predicta omnia tenenda et fideliter observanda in perpetuum obligantes. In cujus rei testimonium et munimen dedimus presentes litteras dictis priori et fratribus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC°LX° octavo.

(Cart. de Val Dieu f° 48 v° col 1 et 2)

cc v Universis presentes litteras inspecturis
Guarinus dictus Piel salutem in Domino.
Noveritis quod ego de voluntate et assensu
Ysabelidis uxoris mee et Johannis filii
nostri dedi et concessi priori et fratribus
Vallis Dei ordinis Cartusiensis ut pos-
sint acquirere et habere in feodo meo seu
hereditate mea ubicumque sit quicquid
voluerint et qualicumque modo voluerint
sive potuerint que omnia habeant de
cetero et possideant pacifice et quiete perpe-
tuo quitte et libera ab omnibus quo cumque
nomine censentur quantum ad me
et meos heredes salvis servitiis superio-
rum dominorum. In cujus rei testimo-
nium predictis priori et fratribus dedi-
mus ego et dicta Ysabelidis uxor mea et
Johannes filius meus presentem cartam
nostrorum sigillorum munimine
roboratam. Datum anno Domini,
M° CC° LX° octavo.

(Cart du Val Dieu f° 48 v° col 2)

CCVI Universis presentes litteras inspecturis Johannes Tiel et Beelina ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum prior Vallis Dei Cartusiensis ordinis de assensu et voluntate fratrum suorum tradiderit nobis illam emptionem et acquisitionem quam idem prior et fratres emerunt et acquisierunt de Garino Tiel patre mei Johannis et de Ouserna la Morgnerresse sicut illa emptio, illa hereditas se possidet apud la Tielere in terris, pratis, pasturis et alneto et rebus aliis tenendum et habendum nobis quamdiu voluerimus illi scilicet nostri qui supervixerint libere et quiete et pacifice possidendum reddendo exinde ipsis priori et fratribus XL^a solidos annui redditus cursalis monete patrie ad festum Sancti Remigii annuatim, nos predicti Johannes et Beelina obligamus nos et nostros heredes et bona nostra ad reddendum dictum redditum in dicto termino annuatim ita quod si nos seu illi nostri qui supervixerint dictos XL^a solidos annui redditus predicto priori et fratribus in dicto festo Sancti Remigii vel infra quindenam annuatim integre non reddiderimus ipsi prior et fratres dictam hereditatem quam nobis tradiderunt rehabebunt et ultimi anni redditum supra dictum et pariter dampna et deperdita sigua ibidem habuerint pro defectu solutionis nostre ad restaurandum super nostram aliam hereditatem si necesse fuerit quam nos ad hoc obligamus a quibuscumque gentibus et quibuscumque temporibus sit possessa. Et hec autem omnia et singula supradicta tenenda firmiter in dicta forma a nobis predicto Johanne et Beelina ejus uxore quamdiu vixerimus ab illo scilicet nostri qui supervixerit, predictis priori et fratribus ego predictus Johannes et ego Beelina ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contulimus in sigillis nostris sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LXX° quarto mense aprilis.

(Cart. du Val Dieu f° 49 r° col 1)

CC VII Sciant tam posteri quam presentes quod ego Guarinus Le Dule de voluntate et concessu Hameline uxoris mee et Guillelmi filii mei et fratris mei et heredum eorum qui hoc juraverunt dedi et concessi, domino et monachis Vallis Dei Cartusiensis ordinis in perpetuam elemosinam pratum de Clauso et terram de la Loche et pratum Haroart a via publica directe a fonte ad fontem ad Pomier, de Pomier a Comesche ex una parte; ex alia parte contiguam terre Roberti de Comesche sicut mete posite sunt ex utraque parte; hanc vero donationem meam teneor eis garantizare vel prout justum fuerit recompensare. Quod ut ratum sit sigillum meum et sigillum filii mei primogeniti presenti carte fecimus apponi. Nec silendum quod prefati monachi propter hoc dederunt mihi de caritate sua x libras turonenses. Ego vero Guillelmus de la Lande miles et filius meus primogenitus dominii feodi ad petitionem ipsorum hanc elemosinam fieri voluimus et concessimus supradictis monachis quitam et liberam ab omni servicio et presentem cartam sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri.

(Cart. du Val Dieu fo 49 vo col 1)

CCVIII

Guillelmus de la Place miles, omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Notum sit vobis quod Girardus de la Lande nepos meus ..... habuit et firmam venditionem illam .... Guarinus Leve laicus fecit monachis de Valle Dei de quadam terra et pratis sitis subter Dommum suam et subter Dommum Bronis .... iche; ita quod prefati monachi dederunt Girardo nepoti meo XL^ta solidos .... concessit eis supradictam terram ita perpetuo habendam et possidendam ..... de la Lande militis ..... Guarini ..... sigillata, quam ..... plenius continetur. Ut ne ipsi possint aut debeant super hoc in posterum molestari, ego Guillelmus superior Dominus illius feodi ad petitionem utriusque partis presenti carte sigillum meum apposui quia supradictus Girardus nepos meus Dominicus illius feodi sigillum proprium non habebat. Actum apud Vallem Dei anno gratie M^o CC^o XX^o V^o.

(Cart. du Val Dieu f° 49 r° col 1)

Les points indiquent les mots qui manquent au folio du cartulaire étant déchiré.

CCIX Notum sit omnibus quod ego Guillelmus Le Duc de voluntate et consensu Cecilie uxoris mee et Gaufridi filii mei et heredum meorum dedi et concessi Deo et monachis de Valle Dei Cartusiensis ordinis, in perpetuam elemosinam grandem peciam prati contigue lagne de Commeauche ex una parte ab oppositio affrontat terre mee; a sextera parte alcostat prato Michaelis Le Duc; a sinistro prato Roberti Lboviern. Hanc vero donationem meam teneor eis garantizare; quod ut ratum sit sigillum meum presenti carte apposui. Nec est silendum quod predicti monachi dederunt michi XIII libras turonenses et dimidium et unum sextum annone. Ego vero Girardus de la Lande dominus feodi dat petitionem ipsorum hanc elemosinam fieri jussi et concessi supradictis monachis quietam et liberam ab omni[illegible] servicio et presentem cartam sigilli mei testimonio confirmari. Actum anno gratie M° CC° XXX^mo secundo.

(Cart. de Val Dieu f° 49 v° col. 2)

vers 1190

Reconnaissance par Emmeline Hay veuve de Gauthier Hay, du don d'une terre et de deux noës sises à Feings, fait par son mari aux religieux du Val-Dieu.

CCX Ego Emmelina Hai notum facio omnibus, presentem paginam inspecturis quod cum Galterius Hai quondam maritus meus de assensu meo et de assensu et voluntate Willelmi et Thome filiorum meorum et Agathe sororis mee et Nicholai mariti sui dedisset et concessisset in perpetuam elemosinam monachis de Valle Dei quamdam terram et quasdam noas quas mecum contulerat in maritagium in parochia Sancti Gervasii de Fenis, inter metas eorumdem monachorum positas, que ex una parte junguntur terre Gervasii de Guimont et ex altera terre Roberti de Limericys et ex altera horto Rogerii, et post obitum ejus Galterii ego et filii mei et Agatha soror mea et Nicholas maritus ejus, dictos monachos super dictis terra et noës .... dedimus dicte terre traditionem in causa, nos tandem post multas altercationes, dictam elemosinationem laudavimus et approbavimus .... habuimus gratiam et eisdem monachis dictam decimam cum dicta elemosinatione, salvis nostris rationabilibus auxiliis que contigerint in feodo, concessimus perpetuo possidendam. Ad hec autem tenenda fideliter firmiterque servanda et garantizanda dictis monachis in perpetuum, ego et filii mei et Agatha soror mea et maritus ejus astrinximus prestitis corporaliter sacramentis et perinde dicti monachi mihi et filiis meis, triginta solidos et dicte Agathe et marito ejus quinquaginta solidos contulerunt, et ne dicti monachi a nobis vel nostris

CCX(?) heredibus super promissis mo-
lestentur in futurum, ego Ermen-
melina et filius meus primoge-
nitus eisdem monachis presentem
tradimus paginam sigillorum
nostrorum munimine confir-
matas, Gervasio ... et Hugone
de ... Domino Teodi .... ad
petitionem nostram apponenti-
bus ... suorum sigillorum.
Actum anno gratie M°..... X°.

(Cart du Val Dieu f° 49 v° col 2 —
Arch. du Dep' de l'Orne H. 2670)

Dans le cartulaire cette charte est
seulement transcrite jusqu'à
L'original aux archives est en mau-
vais état: les .... indiquent les
mots déchirés ou effacés.
Cette charte n'est pas datée ou
du moins la date est en partie illi-
sible; mais une charte de juin 1254
fait connaître l'existence de ce
Girard de Gaumont.

CCXI Omnibus etc. Guillelmus Hays etc.
superius habetur.

CC XII Universis presentes litteras inspecturis Girardus Lhay salutem in Domino. Ad universorum volo noticiam pervenire quod cum contentio mota esset inter me ex una parte et priorem et fratres de Valle Dei ex altera super illis omnibus que Mater mea vendiderat magistro Laurentio Ermeis que idem Laurentius predictis fratribus contulerat et super medietate de Charneiles quam dicit est pater meus eisdem vendiderat. Tandem inter me et ipsos super predictis omnibus amicabiliter fuit compositum in hunc modum quod ego omnia supradicta et quicquid idem fratres et sui predecessores a patre et a matre mea seu ab aliis meis antecessoribus alias acquisierint tam in feodo meo quam in dominico eisdem benigne concessi in perpetuum possidenda pure libere et quiete de omnibus servitiis, exactionibus, redditionibus et omnibus rebus aliis quibuscumque quoquo modo et pertinde de caritate dictorum fratrum XL^a solidos turonenses habui in pecunia numerata. Et ego ad omnia supradicta tenenda fideliter et garantizanda dicto modo fratribus predictis et eorum mandato me astrinxi prestito corporaliter sacramento et ad eapropter tenenda sub forma prefata heredes meos successive per presentes litteras volui obligari, sigilli mei munimine confirmatas. Actum anno gracie M° CC° XL° quarto mense julio.

(Cart. du Val Dieu fo 50 r° col. 1).

CC XIII Universis presentes litteras inspecturis Guillelma de Maceria, ... superius habetur.

CC XIV Un. pres. lit. insp. Laurentius Ermeis, Constantie canonicus .. superius habetur.

CC XV Un. pres. lit. insp. Gervasius de Guincent .. superius habetur,

CCXVI Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Gerasius de Guimont, salutem in Domino. Noveritis universitas vestra quod ego de assensu et voluntate Roberti fratris mei primogeniti commutavi cum monachis Vallis Dei quandam petiam terre que jungitur ex una parte chimino per quod itur a Booleto apud Jenis et ex altera parte jungitur terre mee sicut divisiones se portant. Et abotat superius terre quam elemosinavit eis Hugo de Corion miles pro tercia parte quam habebant in heberga-mento de la Burgunière sub hac conditione quod ego et heredes mei examborum dicti herbergamenti tenebimus de dicto Roberto fratre meo sicut tenebatur dictam petiam terre ab eodem; et prefati monachi tenebunt dictam petiam terre in puram et perpetuam elemosinam et ab omni servicio liberam et quietam; nec silendum quod ego Robertus donavimus pro dicta commutatione volui et concessi et insuper tam ego quam dictus Robertus frater meus et heredes nostri tenebimur garantizare monachis dictam terram sub predicta forma. In cujus rei testimonium presentem cartam roborimus sigillorum nostrorum testimonio roborari. Actum anno Domini M° CC° XL° mense decembris.

(Cart. de Val Dieu f° 50 r° col 1)

CCXVII Universis presentes litteras inspecturis Girardus de Chrisiaut et Margarita ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et conventui de Valle Dei ordinis Cartusiensis pro x libris turonensibus quas integre habuimus et recepimus in denariis numeratis et de quibus nos tenuimus pro pagatis, renunciantes in hoc facto omni exceptioni pecunie non tradite et non solute quandam petiam terre sitam inter fossata dictorum prioris et conventus ex una parte et terram eorum que vocatur Grossa Booleta ex altera, et alodat terre ipsorum prioris et conventus ex una parte et terre nostre ex altera per metas ibidem positas et vocatur dicta petia terre vendita Nigrum Spinetum et sita in feodo Guillelmi de la Roussaiee. Vendidimus dictam petiam terre totaliter et integre sicut se possidet et sicut ab omnibus partibus dividitur et metatur, tenendam et habendam predictis priori et conventui et eorum successoribus libere et quite ab omnibus ad quoscumque, quoscumque modo pertinentibus de jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendam. Nos quidem super sacrosancta juravimus que in dicta petia terre quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus ratione dotis seu dotalicii sive quocumque alia ratione non faciemus per aliquem reclamare. Tenebo nos et nostri heredes dictam petiam terre venditam tenemur deliberare in perturum predictis priori et conventui et eorum successoribus de omnibus servitiis, talliis, auxiliis, exactionibus et redibentiis quibuscumque ad quoscumque, quocumque modo pertinentibus et garantizare et defendere contra omnes et, super nostram aliam hereditatem

CCXVII(a) que vocatur la Borgoingnie erga omnes Dominos, Deservire; que nos convertimus et retinemus omnes redibentias et omnia servicia que pro dicta petia terre vendita possent seu deberent peti vel fieri in posterum super nostra predicta terra vel la Borgoingnie in perpetuum facienda. Pretera nos predicti Girardus et Margareta et nostri heredes seu quicumque nostri successores non possumus dimittere per defectum garantitationis et deliberationis dicte petie terre vendite predictum priorem et conventum seu eorum successores in manu aliena; nos etiam translimus et ad hoc transferimus per traditionem instrumenti presentis in ipsos priorem et conventum emptores, omne jus, dominium et proprietatem et possessionem que omnia nos in predicta petia terre vendita habebamus seu habere poteramus quacumque ratione sive causa nichil in eadem terre petia retinentes que nos obligamus nos et nostros heredes seu quoscumque nostros successores et nostram hereditatem ad deserviendum dictam petiam terre ut dictum est, quam nos vendidimus quitam ab omnibus et liberam et immunem et tenemur servare indempnes predictos priorem et conventum et eorum successores quantum ad deliberationem dicte terre vendite faciendam; ita quod si ipsi per defectum nostrum aliquod dampnum seu dispendium sustinuerint nos tenemur eadem plenarie restaurare. Ad hec autem omnia et singula supradicta garandizanda et tuenda firmiter in perpetuum predictis priori et conventui et eorum successoribus, nos predicti Girardus de Guincourt et Margareta ejus uxor obligamus nos et nostros heredes et quoscumque nostros successores et nostram hereditatem per presentes litteras quas eisdem priori et conventui contulimus in sigillis nostris sigillatas. Actum anno gratie. M° CC° LX° IX° mense junii.

(Cart du Val Dieu f° 50 r° col 2 et f° 51 r° col 1)

CCXVIII Universis presentes litteras inspecturis archidiaconus Carbonensis salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constituta Margareta uxor Girardi de Guirinent gagiavit et concessit spontanea voluntate non coacta que ipsa super giadam petia terre que vocatur Magnum Sprietum quam quidam petiam terre Girardus de Guirinent maritus dicte Margarete priori et conventui de Valle Dei vendidit aliqua ratione debitis seu debaliciis non petet negue per se negue per aliam dictum priorem et conventum et successores eorum super hoc in aliquo molestabit et ad hoc tenendum et fideliter in perpetuum conservandum dicta Margareta data fide corporali benigniter se astrinxit et nos dictam Margaretam in jure presentem et consentientem in omnibus auxiliis tam juris quam facti renunciantem que possent sibi ad juvare, et dicto priori et conventui esse in futurum in predictis observando sentenciialiter condempnamus. Datum anno Domini M° CC° LX° IX° die veneris post Purificationem Beate Marie, virginis.

(Cart de Val Dieu f° 51 r° col 1)

CC XIX. Universis presentes litteras inspecturis Girardus Victus de Gulincent et Margareta ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum salvitate vendidimus et nomine venditionis concessimus priori et conventui de Valle Dei ordinis Cartusiensis pro tredecim libris Turonensibus quas integre habuimus et recepimus in denariis numeratis et de quibus nos tenemus pro pagatis, renuntiantes in hoc facto omni exceptioni pecunie non solute quamdam petiam terre sitam inter fossata Victorum prioris et conventus et campum de Vigro Spineto que sunt contima et sunt a parte superiori, et terram quam nuper emerunt a Gaufrido de Mehrousu ab inferiori parte que terra sita est super rivum de la Baudelegra ex alia parte acostat ad campum de la Baudelegra cum grecheto et goterio interpositis cum omnibus pertinentiis ipsorum ex alia parte acostat terre ipsorum Victorio et conventus de Vigro Spineto que est conjuncta nemori quod valet vocari Virbarium d'Juneti Raginaldi quod est contiguum nemori Rogerii et est sita in feodo de la Flousaye. Venditi-mus ita dictam petiam terre totaliter et integre sicut se possidet et sicut ab omnibus partibus dividitur et metatur terram et habendam predictis priori et conventui et eorum successoribus libere et quiete ab omnibus ad quoscumque quocumque modo pertinentibus et jure exceptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendam. Nos quidem super sacrosancta jurarimus quod in dicta petia terre quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus ratione dotis seu dotalicii sive quacumque alia ratione nec faciemus per aliquem reclamare. Immo nos et nostri heredes dictam petiam terre venditam tenemus

cc⁰ lx⁰ (?) deliberare in futurum predictis comm
et priori et comun successoribus de omnibus
bannicis, talliis, auxiliis, exactionibus
et redibentiis quibuscumque ad quoscumque
quocumque modo pertinentibus et garan-
tizare et defendere contra omnes et super
nostram hereditatem de la Guinendeira
seu Borgonie erga omnes homines deservire
que nos contractimus et omnes
nos redibentias et omnia servicia pro
dicta petia terre vendita possent seu deberent
peti vel fieri in posterum super nostra
predicta terra de la Guinendeira seu de
la Borgonie in perpetuum facienda.
Preterea nos predicti Girardus et Margareta
et nostri heredes seu quicumque nostri
successores non possumus dimittere
incurrere per defectum garantigationis
et deliberationis dicte petie terre vendite
predictum priorem et conventum seu eorum
successores in manu aliena. Nos
transtulimus et adhuc transferimus
per traditionem presentis instrumenti in
ipsos priorem et conventum emptores
omne jus et dominium, proprietatem et
possessiones que omnia nos in predicta
petia terre vendita habebamus seu habere
potuimus quacumque ratione sive causa
nichil in eadem petia terre retinentes
que nos obligamus nos et nostros heredes
seu quoscumque nostros successores et nos-
tram hereditatem ad deservienda dictam
petiam terre, ut dictum est, quam nos
vendidimus quitam ab omnibus et liberam
et immunem. Ad hec autem omnia et
singula supradicta garantiganda et tenenda
firmiter in perpetuum predictis priori
et conventui et comun successoribus nos
predictus Girardus de Guinent et Margareta
ejus uxor obligamus nos et nostros heredes
et quoscumque nostros successores et nos-
tram hereditatem ubicumque sit et quo-
cumque nomine censeatur, per presentes
litteras quas eisdem priori et conventui
concedimus in sigillis nostris sigilla-
tas. Actum anno Domini M° CC° LXX°
VI° mense septembris.

(Cart du Val Dieu fo 51 r° col 2 et r° col 1)

CCxx Universis presentes litteras inspecturis Girardus de Guiricent et Margareta ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos de communi nostro assensu et heredum nostrorum voluntate vendidimus et concessimus priori et fratribus Valleis Dei Cartusiensis ordinis, pro centum libris turonensibus quas integre habuimus et de quibus nos tenemus pro pagatis, renunciantes exceptioni non habitimate pecunie et non tradite specialiter et expresse omnem illam hereditatem quam nos habebamus in feodo Guillelmi de la Roussaie ex parte defuncti Gerasii de la Guiricent quondam patris nostri, Girardi de sicut illa hereditas se possidet in dominio et feodo, varassoriis hebergamento, domibus et virgulto terris, pratis et pasturis et in quibuscumque rebus aliis infra dictum feodum contentis quocumque nomine censeantur nichil omnino mihi Girardo et meis heredibus retinemus in eisdem. Vendidimus ita omnem dictam hereditatem tenendam et habendam dictis priori et fratribus quite et libere sicut antea tenebamus jure emptionis sue hereditarie et perhenniter pacifice possidendam, salvis in serviciis superiorum dominorum. Juravimus insuper per super sacrosancta evangelia et nos obstrinximus quilibus nostrum fide prestita corporali que in dicta hereditate quam vendidimus nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari ratione dotis seu dotalicii sive ulla ratione alia quia nos transtulimus et per traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium, proprietatem et possessionem que omnia nos in dicta

CXX(2) hereditate remdita tam in dominio quam feodo et in rebus aliis prout supe-
rius est expressum habebamus et habere
poteramus quacumque ratione sive causa.
Nos autem omnia et singula supra-
dicta tenenda firmiter in perpetuum
in dicta forma predictis priori et fratribus
ac eorum successoribus ego predictus
Girardus et ego Margareta eius uxor,
obligamus nos et nostros heredes per
presentes litteras quas eisdem contuli-
mus in sigillis nostris sigillatas in
predictorum omnium testimonium
et munimen. Actum anno Domini
M° CC° LXX° octavo mense martii.

(Cart. du Val Dieu f° 51 r° col 2)

CCXXI Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de la Loussaie armiger salutem in Domino. Noveritis quod cum prior et fratres domus Valleis Dei ordinis Cartusiensis emerint et acquisierint de Girardo de Guimont omnem illam hereditatem quam idem Girardus habebat in feodo meo ex parte defuncti Gervasii de Guimont patris sui sicut illa hereditas se possidet in dominico et feodo et rasassoribus et in herbergamento de domibus, virgultis, terris, pratis et pasturis et in quibuscumque rebus aliis quibuscumque nominibus censeantur michi de cetero sibi et suis heredibus retinentes in eisdem; que omnia dicta Girardus tenebat a me ad fidem et homagium de quibus rebus omnibus ego, recepi unum hominem in fide et homagio totum servitium nomine ipsorum prioris et fratrum. Tandem ego Guillelmus de assensu et voluntate burgensium heredum meorum et pro VI libris turonensibus quas ipsi prior et fratres michi dederunt et quas integre habuimus et recepimus in denariis numeratis, amettavi hoc et abbonavi ad octo libras censuales monete patrie omnia servicia quecumque sint que ego et mei heredes seu quicumque mei successores haberemus seu habere possemus de cetero pro predictis rebus omnibus in hac forma, videlicet quod quin pro predicta hereditate de Guimont accideret per usum et consuetudinem patrie fieri equus servicii relevacium seu racheturn ego dictus Guillelmus et heredes mei seu successores de morte illius hominis tenentis predictas res ut est dictum per dictam abbonationem non possumus habere nec petere neque aliquo modo aliquid

CCXXI(2) exigere nisi innumo octo libras predictas pro equo servicii et relevio et racheto et pro quibuscumque rebus ad nos et nostros heredes pertinentibus quocumque nomine censentur per quas octo libras ego dictus Guillelmus et mei heredes seu successores unum hominem totum servitum ad vitam suam de omnibus servicis et rebitionibus ad nos pertinentibus teneamur pro predictis rebus recipere nomine ipsorum prioris et fratrum in perpetuum de herede in heredem Insuper ego dictus Guillelmus et mei heredes seu successores non possumus per predictam abbonationem factam ipsos priorem et fratres seu aliquem qui sit in nomine ipsorum quantum de dicta hereditate abonata pertinet dimittere incurrere in alterius dominium nec in manus alicujus dominii feodalis salvis tamen justis talliis que de jure accident tam mei quam aliorum superiorum dominorum illius feodi. Ad hec autem omnia et singula predicta tenenda firmiter in perpetuum et garantizanda in dicta forma antedictis priori et fratribus ac eorum successoribus ego predictus Guillelmus obligo me et meos heredes et quoscumque meos successores per presentes litteras quas eisdem contuli in sigillo meo sigillatas in predictorum omnium testimonium et munimen. Actum anno Dominice nº. CCº LXXXmo nono mense martii.

(Carti du Val Dieu fº 52 rº col 1 et 2)

CCXXII Universis presentes litteras inspecturis Garinus Vivien salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego de assensu et voluntate Odeline uxoris mee et Guillelmi filii mei primogeniti et aliorum heredum meorum vendidi viris religiosis priori et conventui Vallis Dei, pro quadraginta libris turonensibus mihi persolutis, unum pratum quod habebam in parochia de Jenis, situm ex una parte, juxta noam Hughonis dicti Le Lobre, et ex alia parte jungitur cheio de Charé-ron et ex alia parte jungitur aque que fluit inter dictum pratum et pratum Guillelmi de Nemore militis totum integrum sicut se possidet tenen-dum et habendum dictis monachis et in perpetuum possidendum. Et ego Garinus et dicta Odelina uxor mea et heredes mei tenemur dictis monachis dictum pratum bona fide garantizare penitus contra omnes predictis corporali-ter etiam juravimus salvis servitiis dominiorum aliorum feodi, que dicti monachi tenebuntur facere per manum meam et heredum meorum secundum portionem feodi quam tenebunt. In cujus rei testimonium ego Garinus primogenitus meus, presentibus litte-ras, sigillis nostris sigillarimus per quod nos et heredes nostros succes-sive ad predictam rationem obligari et ad dictos monachos super promissis indempnes penitus observandos. Datum anno Domini M° CC° XL° quinto.

(Cart. du Val Dieu f° 53 1° col 1)

CCXXIII Universis presentes litteras inspecturis, Garinus Vivien salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego Garinus Vivien de assensu Odeline mee uxoris et Guillelmi filii mei primogeniti et omnium aliorum heredum meorum, vendidi viris religiosis priori et conventui Vallis Dei pro novem libris turonensibus michi ab eisdem monachis persolutis integre quandam peciam terre quinque sextatos bladi semen capientem, et grandam noam que noa vocatur de Pirus et est sita inter la Vivienniere et molendinum quod vocatur molendinum Asuneti Gervasii inter bietium molendinelli et mortuam agnam; dicta pecia terre sita est prope pratum quod eisdem monachis heredi et jungitur ex una parte terre Roberti Asuneti de Corvinnio militis et ex altera parte, terre Roberti de Campis predictis monachis dictam peciam terre cum dicta noa tenendas et habendas perpetuo in puram et perpetuam possessionem pacifice et libere de omnibus rebus ad me et heredes meos pertinentibus, salvis servitiis tamen dominorum meorum illius feodi scilicet quod tenebunt de feodo illo in quo sita est terra nominata. Ego autem garantizanda in perpetuum contra omnes et defendenda de bonis meis sub forma dicta predictis fratribus de Valle Dei ego Garinus dictus et dicta Odelina mea uxor et dictus Guillelmus filius meus juramentis nostris corporaliter prestitis nos et nostros heredes obligavimus in futurum. In cujus rei testimonium et confirmationem nos dedimus predictis priori et conventui presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini M°CC°XL° quinto mense januario.

(Cart. de Val Dieu f° 53 r° col. 1 et 2.)

CCXXV Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Guillelmus de Campis, Lectoriensis canonicus et Odo de Campis frater ejus salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos vidimus et concessimus Guillelmo de Champhaoul militi karissimo arunculo nostro pro suo servicio domum grandam quam habebam apud Mauritaniam, quam domum tunc Vivant et Herbertus Heremite de nobis tenebant ad feodum, censum ipsi Guillelmo et ejus heredibus jure hereditario perpetuo possidendam sub annuo redditu trium nummorum communis monete in crastino Sancti Remigii solvendorum. Dictos autem Hugonem et Herbertum dicto Guillelmo justavimus de censu quem ipsi de dicta domo nobis reddebant annuatim. In cujus rei testimonium eidem Guillelmo dedimus paginam sigillorum nostrorum munimine confirmatam. Actum anno gracie M° CC° XIV°

(Cart du Val Dieu f° 54 r° col 1)

CCXXVI Universis presentes litteras inspecturis Ro-
bertus de Cetupis salutem in Domino. Nove-
rint universi quod ego de assensu et voluntate
Alexie uxoris mee et Guillelmi fratris mei ven-
di viris religiosis Guillelmo priori et con-
ventui Vallis Dei plo viginti octo libris tu-
ronensibus michi persolutis unam peciam terre
et viginti solidos annui redditus communis
monete Turonensis in parochia de Ternis. Est
autem sita dicta petia terre ex una parte
juxta terram Gervasii ministri et ex alia
parte jungitur terre Guillelmi ministri
et ab inferiore parte affrontat breyeo mole-
dini nostri. Pro viginti solidos predictos
assignari dictis fratribus singulis annis in
festo omnium Sanctorum percipiendos et
ad domum suam deferendos super suas
petias terre et unam vineam, que omnia
sita sunt ex una parte juxta terram
Garini ministri, inferius affrontat breyeo
de Chanderon. Hec omnia dicta predicta
sunt ego Robertus et Alexia uxor mea juro-
rimus tactis sacrosanctis evangeliis
observare, garantizare dictis monachis
contra omnes, salvis servitiis dominio-
rum et ad idem tenendum in perpetuum
heredes nostros successive obligabidimus;
hoc adjuncto quod si nos vel heredes nostri
a solutione dicti redditus nominato
termino aliquando aliquo modo defeceri-
mus predicte dicte petie terre cum prefata
vinea dictis fratribus in puram et li-
beram et perpetuam possessionem penitus
remanerent. Et ne nos vel aliquis pro
nobis contra predicta venire valeamus
in futurum ego Robertus et Alexia uxor
mea presentes litteras sigillis nostris
dictisque predictis monachis sigillorum
nostrorum testimonio fecimus sigillatas.
Datum anno Domini M° CC° XL° V°
mense octobris.

(Cart. de Val Dieu f° 54 r° col 1 et 2)

CCXXVII Universis presentes litteras inspecturis Robertus de Campis et Balessis uxor ejus salutem in Domino. Noveritis quod cum viri religiosi Guillelmus prior de Valle Dei et ejusdem loci conventus nobis et heredibus nostris tradiderint quicquid acquisierint a nobis et Garino Vivien in feodo de Hairis excepto prato sito inter aquas prout in eorum carta quam habemus continetur libere et quiete et pacifice de omnibus rebus ad ipsos et ad quoscumque alios quoquo modo pertinentibus in hereditate perpetua possidendum, reddendo exinde ipsis et successoribus suis LX^a solidos annui redditus communis monete Corbonati videlicet triginta solidos ad quindenam Nativitatis Domini et triginta solidos ad quindenam Resurrectionis Domini annuatim nos de assensu et voluntate heredum nostrorum de et reddendo annuatim dictis priori et conventui dictum redditum annuatim terminis predictis eisdem debemus in complegium quicquid acquisivimus in predicto feodo de Hairis a quibuscumque in tedris hellergamentis, noisis pratis et rebus aliis quibuscumque ita tamen quod si nos et heredes nostri aliquando deficerimus a solutione dicti redditus terminis nominatis omnia predicta eisdem in complegium assignataxx et ea que dicti prior et conventus nobis tradiderint absque aliquo contradicto ad eos et successores suos debeamus in hereditate perpetua possidenda. Ad hec autem que in presenti pagina continentur firmiter tenenda et fideliter observanda et contra omnes dictis priori et conventui adversus et consuetudines Corbonneti garantizanda nos obligavimus et heredes nostros voluimus penitus obligari per presentes litteras sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno gracie M° CC° XL° VI° mense decembris.
(Cart de Val Dieu f° 54 r° col 9)

CCXXVIII Noverint universi quod nos Robertus de Campis..

CCXXIX Un. pres. lit. insp. Robertus de Campis..

CCXXX Un. pres. lit. insp. ego Robertus de Campis..

CCXXXI Ego Robertus de Campis notum facio universis presentes litteras inspecturis quod cum ego teneren reddere priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis 4 x^a solidos annui redditus ad festum Sancti Remigii annuatim assignatos super omnem hereditatem de Seguibus, que hereditas sita est in prato de Terris quos 4 x^a solidos ipsi a me annuis singulis percipiebant ratione Garini Viviani mei patrui qui eis rendebat redditum supradictum et cum deberem pro nominatis priori et fratribus duodecim libras turonenses per finalem compotum habitum inter me et ipsos et cum non haberem in bonis mobilibus unde possem eisdem satisfacere competentem de redditu et debito superius memoratis ego supradictis fratribus et priori et omnem meam predictam hereditatem spontanea voluntate do assensu heredum meorum penitus dimisi pacifice et quitavi et de eadem hereditate in manu iporum me integre desessivi prefati. Postea prior et fratres mihi volentes facere pietatis intuitu gratiam specialiter de consilio bonorum ac prudentium virorum mihi et meis heredibus dimiserunt in perpetuum quicquid continetur inter molendinella et molendinum Sancti Gervasii in parochia supradicta in prado de Seguibus et de ipsis quod mihi dictissimum est tenebo ad fidem et homagium et relevium et me de hoc recepernt in hominem penitus desvestiuerunt; iidem vero prior et fratres tenebunt et in perpetuum possidebunt omne illud quod est subtus molendinella et extenditur ab eisdem molendinellis usque ad exclusam de Chanderon, quod ad me jure hereditario pertinebat—sicut hoc dirigit aqua de Villeta sine aliqua contradictione et reclamatione mei et meorum heredum iidem in posterum facienda. Preterea ego teneo de eisdem terram cum

CXXXI(2) noa que est inter aquas et rocatum terra de la Hodainere sub annuo redditu 1x solidorum ad nativitatem Domini solvendorum. Ad hec autem tenenda fideliter et servanda et contra omnes perpetuo garantizanda astrinxi me, dato corporaliter sacramento et ad id tenendum me et heredes meos per presentes litteras obligavi, quas predictis priori et fratribus Dei sigilli mei munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° XL° VII° mense februario.

(Cart. du Val Dieu f° 54 v° col 1 et 2)

CCxxxii Ego Robertus de Campis notum facio universis presentiam inspecturis quod ego de assensu et voluntate Malesie uxoris mee vendidi et concessi religiosis viris priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis pro octo libris et decem solidis turonensibus mihi integre persolutis viginti solidos annui reditus et perpetui communis monete patrie assignatos super duo mea hebergamenta de Sepibus sita in parochia de Tenis sicut se possidet ante et retro cum domibus et virgultis habendos et percipiendos predictis priori et fratribus per manum meam ac heredum meorum ad festum omnium Sanctorum annuatim et in perpetuum possidendos libros et quitos de omnibus spectantibus ad quoscunque tales modo quod si forte contigerit me vel heredes meos aliquid cessare a solutione predicti reditus termino prenotato duo predicta mea hebergamenta sicut se proportant prenominatis priori et fratribus remanebunt in perpetuum possidenda et de eisdem hebergamentis ipsi se vestissent propria auctoritate nullo alio judicie requirendo sine aliqua contradictione et reclamatione mei et meorum heredum quam ego vel heredes mei possimus facere in posterum in predictis. Ad hec autem tenebor et contra omnes garantizanda et ab omnibus liberanda sub forma premissa me astrinxi tale corporaliter sacramento et ad id tenendum me et heredes meos per presentes litteras obligavi sigilli mei testimonio roborate. Dat ego Malesia uxor predicti Roberti de Campis hanc venditionem dicto modo factam volui et concessi et juravi que in ea michil ratione dotis vel dotalicii seu aliqua alia ratione reclamabo et in favorem hujus rei presentibus litteris sigillum meum fedi apponi. Actum anno Domini M° CC° LXX° secundo mense martio.

(Cart de Val Dieu f° 52 v° col 9)

542

cc·

CCXXXIII Noverint universi presentes litteras inspecturis Johannes de Ponte salutem in Domino.
Noverint universi presentes ac posteri quod ego Johannes dictus de Ponte, de assensu Valesie mee uxoris et heredum meorum vendidi viris religiosis priori et conventui Vallis Dei pro decem libris turonensibus michi ab eisdem integre persolutis XX^ti solidos annui redditus monete usitatis in Corbineto eisdem monachis annuatim in perpetuum persolvendos de me et de meis heredibus in festo natalis Domini libere de omnibus rebus et illum redditum viginti solidorum assignavi dictis monachis capiendum et percipiendum super quodam prato meo quod vocatur de Buissons, quod situm est in meo herbergamento de Chanderon et super quodam altero prato meo quod vocatur pratum de la Belliere situm in parochia de Tonis subtus viridarium Girardi Pelicon junctum de longitudine prato Guillelmi Colin; que dicta prata posui in complegium dictis fratribus Vallis Dei sub hoc modo quod quam cito ego Johannes de Ponte vel heredes mei de perhollitione dicti redditus XX^ti solidorum in dicto festo nativitatis Domini vel infra octabas defecerimus tam cito predicta duo prata data in complegium cum omnibus pertinentiis suis ad dictos monachos devenient sine aliquo contradicto eisdem habenda et possidenda in quiram et perpetuam possessionem et liberam ab omnibus serviciis et de omnibus aliis rebus pertinentibus ad quoscumque et super totam aliam hereditatem meam comuni et retinui omnia servicia exinde debita quibuscumque. Ad que garantizanda contra omnes et deliberanda de omnibus sub forma dicta predictis fratribus in futurum ego Johannes et dicta Valesia mea uxor per nostra sacramenta fideliter prestita nos et nostros heredes obligavimus. In cujus rei testimonium et confirmationem nos dedimus predictis fratribus presentes

CXXXIII(?) litteras sigillorum nostrorum
munimine confirmatas. Ego Stephanus
Brunenc dominus illius flodi ad peti-
tionem eorumdem hanc venditionem
volens et concedens sub forma dicta
presentes litteras inseri sigilli mei
munimine roborari. Actum anno
Domini M° CC° X 4° V° mense febru-
rio.

(Cart. du Val Dieu f° 55 r° col. 1)

CCXXXIV

Universis presentes litteras inspecturis Gellanus de Ponte, Odelina ejus uxor, Johannes de Ponte et Balesia ejus uxor, Ganfridus de Ponte, Balesia ejus uxor salutem in Domino. Noverint universi quod nos dicti Gellanus, Johannes Ganfridus et uxores nostre de assensu heredum nostrorum dedimus et concessimus Guillelmo priori et conventui Vallis Dei in puram et perpetuam elemosinam quintam partem tocius hereditatis quam nos habebamus ex parte defuncti Ganfridi de Ponte patris nostri et antecessorum nostrorum in parochia de Jenio et in parochia de Villerio, in feodo Girardi de Balvo-lupo et in quocunque alio feodo sit in terris arabilibus, in pratis, in pasturis et in omnibus aliis quibuscunque exceptis molendino de Chaudehon et quadam petia terre de feodo Hugonis de Villeio et quodam in medietaria de Plesseiz dictis priori et conventui Vallis Dei dictam quintam partem tocius dicte hereditatis in puram et perpetuam elemosinam possidenda libere de omnibus. Sciendum est autem quod nos predictam elemosinationem reinde dimus dictis priori et conventui Vallis Dei pro septem viginti libris turonensibus nobis persolutis totum residuum integre tocius dicte hereditatis exceptis tantum que superius excepta sunt eisdem monachis in perpetuum habenda et possidenda sine reclamatione nostri vel heredum nostrorum, salvis serviciis dominorum feodalium illius tenementi que dicti monachi tenebuntur de cetero per manum Stephani Brunerii et uxoris ejus nostri nepotis et eorum heredum servientes cuilibet eis de bursa sicuti nos faciebamus et facere tenebamus. Ad hec autem

CCIXXXIV(a)

venditionem tenendam firmiter et
garantizandam contra omnes et Vigen-
tendam de omnibus sub forma dicta
nos obligavimus nos et nostros heredes
in futurum per nostra sacramenta
corporaliter prestita dictis priori et con-
ventui et per presentes litteras quas
in hujus rei testimonium et confir-
mationem nos predicti Gellanus, Jo-
hannes et Ganfridus et uxores nostre
dimus predictis Guillelmo priori
et conventui sigillorum nostrorum
munimine confirmatas. Actum
anno Domini M° CC° XL° VIII° mense
januario.

(Cart du Val Dieu f° 55 r° col 2)

CCXXXV Universis presentes litteras inspecturis Gellamus de Ponte, Odelina ejus uxor Johannes de Ponte frater ejusdem Gellami et Valesia ejus uxor salutem in Domino. Noverint universi presentes et posteri, quod nos dicti Gellambs et Johannes et uxores nostre de assensu omnium heredum nostrorum contulimus viris religiosis Guillelmo priori et conventui Vallis Dei in perpetuam elemosinam quintam partem tocius hereditatis quam nos habebamus ex parte defuncti Gaufridi de Ponte patris nostri et antecessorum nostrorum in parrochia de Villeio et in parochia de Tenis in feodo Girardi de Salvo-lupo in feodo Domine de Glaceria, in feodo Russelli de Trestula, quam tenebamus in capite de Stephano Brunere et uxore ejus nepote nostra bursaliter videlicet et in feodo de Corvinio sit in herbergamentis, in terris arabilibus, in pratis, in pasturis et in aliis omnibus, excepto hoc quod habemus in molendino de Chandron dictis fratribus de Valle Dei dictam quintam partem tocius dicte hereditatis habendam et possidendam in puram et perpetuam elemosinam pacifice et libere de omnibus rebus. Et sciendum est quod nos post istam elemosinationem a nobis factam assensu omnium heredum nostrorum, reddimus dictis monachis de Valle Dei pro quatuor viginti libris turonensibus et centum solidis nobis persolutis totum residuum tocius dicte hereditatis eisdem fratribus et suis successoribus in perpetuum habendum et possidendum pacifice cum suis pertinentiis omnibus sine reclamatione nostri vel heredum nostrorum de cetero in futurum salvis serviciis omnium dominorum dictorum feodalium,

ccxxxv(?) que dicti monachi teneburtur
facere / de cetero per manum Stephani
Brunerii et heredum suorum ser-
vientes cum eis burgaliter sicut
nos facere tenebamus. Ut hanc au-
tem rendicionem teneamus firmi-
ter et garantizandam per nostra
sacramenta corporaliter prestita
obligavimus nos et nostros heredes
et has presentes litteras quas dedimus
eisdem fratribus sigillorum nos-
trorum munimine confirmatas.
Actum anno Domini M°. CC°. X L° VII°
mense januario.

(Cart. du Val Dieu f° 56 r° col 1)

CCXXXVI Universis presentes inspecturis Gaufridus de Ponte et Valesia uxor ejus salutem in Domino. Noveritis quod nos de assensu et voluntate heredum nostrorum pro remedio et salute animarum nostrarum nec non et antecessorum nostrorum, dedimus et concessimus Guillelmo priori de Valle Dei Cartusiensis ordinis et ejus loco conventui quintam partem tocius hereditatis quam habebamus in parochia de Terris et in parochia de Vilers in feodo Girardi de Salvo-lupo et quocunque alio feodo tam in terris pratis, pasturis quam in molendinis seu in aliis omnibus quibuscunque dictam quintam partem tocius hereditatis predicte dictis priori et conventui libere et quiete et pacifice de omnibus rebus ad nos et heredes nostros pertinentibus in puram et perpetuam elemosinam possidendam. Preterea sciendum est quod nos post istam elemosinam nostrorum, de assensu et voluntate heredum nostrorum vendidimus et concessimus dictis priori et conventui de Valle Dei pro LX^a et VII libris turonensibus nobis ab eis integre persolutis totum residuum integre tocius hereditatis predicte excepta quadam terre petia de Braies semen unius minoe bladi recipiente. Dictis priori et conventui libere et quiete et pacifice de omnibus rebus ad nos et heredes nostros pertinentibus salvis tamen serviciis dominorum feodi; quin eciam si contigerit jure emptionis vel in perpetuum possidenda absque contradictione aliqua super eadem hereditate in posterum facienda. Hanc autem elemosinam et venditionem firmiter tenendam et fideliter observandam et contra omnes dictis priori et conventui garantigandam et ab omnibus sub dicta forma defendendam nos obligavimus prestitis corporaliter sacramentis et nostros heredes successive sub dicta forma volumus penitus obligari per presentes litteras in hujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine confirmatas. Actum anno gratie M° CC° XL° VIII° mense julii.

(Cart de Val Dieu f° 56 r° col 2)

CCXXXVII Universis presentes litteras inspecturis ego Girardus de Talvo-lupo notum facio, quod ego pro amore Dei et pro salute anime mee dilectis viris religiosis Guillelmo priori et conventui Vallis Dei Cabucensis omnia tota-lem hereditatem quam ipsi acquisierant in meo feodo de Ponte tenendam et possi-dendam libere de omnibus serviciis ad me et heredes meos pertinentibus in futurum, salvo omni jure et omnibus serviciis aliorum feodi illius dominorum. Postea vero ego vendidi dictis priori et conventui pro viginti et quinque libris turonensibus mihi persolutis ravas-sores quos habebam in dicto feodo de Ponte videlicet Girardum Felicon et Stephanum Brunent et quicquid juris habebam et domi-nium in dicto feodo de Ponte et in dictis ravassoribus et quicquid juris ibi habere poteram in futurum. Vendidi etiam dictis monachis omnes censivas quas habebam apud Broliam et apud le Chatelet vide-licet censivam quam Ligneta de Brolio dictus Chacehof et sui participes de me tenebant ad feodum censum unum modium nummorum dictis priori et conventui dictos ravassores et dictum feodum de Ponte et dictas censivas cum omni jure domi-nio, districtum cum omnibus serviciis redibantiis et cum omnibus pertinentiis suis quibuscunque qui ibi habebant et habere poterunt, habenda et possiden-da pacifice in futurum ita quod ego vel heredes mei in predictis nichil de cetero poterimus reclamare, salvis serviciis omnibus et salvo omni jure omnium aliorum dominorum illius feodi; que servicia illi monachi facient de cetero per manum meam quandiu eis de monachis placuerit et ita quia

CXXXVII(2) non placuerit eis per manum meam
per manum alterius faciant servicia
dictorum dominorum. Ego hanc autem
venditionem teneudam firmiter et garan-
tizandam et defendendam contra omnes
alios servicios dictis, sub forma dicta
ego Girardus de Salvo-lupo per sacramen-
tum meum corporale prestitum me
et heredes meos obligavi dictis monachis
et eisdem dictos vavassores et censuarios
attornavi ut eis facerent sicut mihi
facere tenebantur. In cujus rei testimo-
nium et confirmationem ego Girardus
dedi predictis monachis presentes lit-
teras sigilli mei munimine confirma-
tas. Actum anno Domini M° CC° X°
VII° mense januario.

(Cart. du Val Dieu f° 58 v° col 1)

CC x x x VIII

Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Salvo-lupo miles salutem in Domino. Noveritis quod cum Girardus de Salvo lupo miles frater meus vendidisset viris religiosis Guillelmo priori et conventui Beate Marie de Valle Dei Cartusiensis ordinis quicquid juris hereditarium habebat in feodo de Bonte et quicquid habebat apud Brolium tam in censivis quam in feodo et in dominico que de me tenebat et illam venditionem fecisset eisdem puram et liberam de omnibus servitiis ad ipsum et ad suos heredes pertinentibus, ego Guillelmus postea ad petitionem eorumdem dictam venditionem eisdem in perpetuum concessi et approbavi et confirmavi et insuper de assensu carissime uxoris mee et Guillelmi filii mei et heredum meorum, vendidi eisdem fratribus de Valle Dei pro xx libris turonensibus, mihi ab eisdem persolutis quicquid juris ad me et ad heredes meos pertinebat et poterat pertinere in dicto feodo de Bonte et quicquid juris habebam et habere poteram apud Brolium in dictis censivis et in dicta venditione quam dictus Girardus eis et insuper vendidi eisdem quicquid hereditarium habebam apud Pontem infra terminos eorumdem tam in feodo quam in dominico excepto feodo quem Guarterius de me tenet dictos fratribus omnia predicta habenda et possidenda in perpetuum libere de omnibus serviciis et de omnibus aliis ad me et ad heredes meos pertinentibus salvis serviciis dominorum meorum illius feodi que servicia ipsi facient per manum meam quamdiu eisdem fratribus placuerit et ex quo non placuerit per manum meam per manum alterius facere tenebuntur. Ut hec autem garantizanda et defendenda eisdem sub fama dicta ego Guillelmus miles et dicta mea uxor per nostra sacramenta corporaliter prestita obligavimus nos et nostros heredes per litteras presentes quas

CCXXXVIII(?) In hujus rei testimonium et confirmationem sedimus predictis fratribus sigillorum munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° X4° octavo mense Augusti.

(Cart du Val Dieu f° 57 r° col ?)

CC XXXIX

Universis presentes litteras inspecturis ego Girardus de Salvo-lupo notum facio quod ego de assensu Guillelmi de Salvo lupo militis fratris mei vendidi et concessi monachis de Valle Dei pro viginti libris turonensibus mihi persolutis integre ad eisdem quandam peciam terre quam habebam sitam in parochia de Brolio in feodo dicti Guillelmi militis apud Boellos Berneri prout illa petia terre dividitur a terra Guillelmi militis fratris mei, a duobus lateribus et a fronte superiori per divisiones ibi positas et ad infra ius abutat chemino per quod itur de Brito apud le Vax. Dictam terram dictis monachis habendam et possidendam in perpetuum quiete, pacifice et libere de omnibus serviciis, reditibus, exactionibus et omnibus aliis rebus pertinentibus ad me et heredes meos et ad quoscumque alios quoquomodo in futurum. Hanc venditionem vero observandam et tenendam firmiter et garantizandam contra omnes et deliberandam de omnibus serviciis erga omnes dominos dicti feodi dictis monachis in perpetuum per juramentum meum corporale prestitum me et heredes meos obligando successive sive aliqua reclamatione mei vel meorum heredum et super aliam terram meam retinui et convenit omnia servicia debita de dicta petia terre vendita quibuscumque in futurum. Que venditio ut rata et stabilis permaneat in futurum sub forma dicta ego Girardus de Salvo-lupo presentes litteras dictis monachis in testimonium et confirmationem sigilli mei munimine confirmatas. Ego Guillelmus de Salvo-lupo miles similiter notum facio tam presentibus quam futuris quod ego ad petitionem dicti Girardi et predictorum monachorum hanc venditionem volui, concessi et approbavi sub forma nominata et in favorem et testimonium hujus rei presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M° CC° XL° quinto (Cart. de V. D. f°s 81 r° c. 1)

CCXXXXI

Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus Bortinus de Salso Lupo baruigerr salutem in Domino. Noveritis quod cum contentio verteretur inter me ex una parte et priorem et conventum Vallis Dei Cartusiensis ordinis ex altera super eo videlicet quod dicebant quod ego tenebar garantire, deliberare, predictis priori et conventui ac eorum successoribus et etiam deservire de omnibus ad me et meos heredes et ad quoscumque alios spectantibus quoquomodo de omnem hereditatem quam fuerunt prior et conventus acquisierint jure emptionis a Girardo de Salso-Lupo quondam milite avunculo meo et a Guillelmo de Salso-Lupo milite quondam patre meo in feodo de Ponte et in feodo de Brocilio tam in censibus quam in feodo dominico quam in aliis rebus in eodem feodo existentibus prout continetur in litteris eorundem predictorum super hoc confectis, et quod ipsos non poterant dimittere incidere in manum alterius domini; et ego in contrarium asserebam et dicebam quod ego non tenebar predicta garantire predictis priori et conventui de me et heredibus meis

Tandem de proborum virorum et nostrorum amicorum consilio inter nos pacificatum fuit in hunc modum quod ego ac heredes teneamur et teneamur de cetero omnia predicta et singula garantire et deliberare de omnibus predictis priori et conventui et successoribus eorum et in perpetuum deservire de omnibus servitiis et rebus aliis quibuscumque ad me et meos heredes et ad quoscumque alios spectantibus quoquomodo et nec predictos priorem et conventum aut hominem quem mihi tradiderint

CXXXXI (2) qui predicta omnia de me tenebit / et de meis heredibus ad fidem et homagium, non possumus dimittere incurrere de manu nostra dicta ad dominium alienum; ita tamen quod de morte dicti hominis quem michi tradiderint non poterimus levare aut habere a dictis religiosis priore et conventu seu successoribus suis; ego aut heredes mei prenart tres denarios communis monete patrie pro rachato seu relevio et equo servicii et pro omnibus aliis rebus quibuscumque ad me et meos heredes et ad quoscumque alios spectantibus quoquomodo et proinde ego guillelmus predictus habui et recepi a priore et conventu supradictis XV libras turonenses in pecunia numerata et de quibus teneo me penitus pro pagato. Actum autem omnia predicta et singula tenenda fideliter et servanda, liberanda de omnibus et contra omnes garantizanda et de omnibus descargienda erga omnes in perpetuum sub forma predicta obligavi me et heredes meos et omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque existant per presentes litteras. Quas predictis priori et conventui et eorum successoribus contuli sigilli mei munimine roboratas, in omnium predictorum testimonium et munimen. Actum anno Domini M° CC° LXX° IX° mense julii.

(Cart du Val Dieu f° 58 r° col 2 r° col 1)

CCXLII Ego Hugo de Corion miles, notum facio omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego vendidissem pro salute anime mee in perpetuam elemosinam bonis hominibus de Valle - Dei V solidos annuos in molendino novo de Coldretis assignatos. Deinde ad petitionem eorumdem hominum unam petiam terre quam habebam apud Channeles sitam inter terram eorum et terram Sorin in excambium V solidorum quinque solidorum in perpetuum eis libere vendi et proinde ipsi dictos quinque solidos et unam moriam quam habebant apud Channeles sitam inter terram meam et noas meas mihi et meis heredibus in perpetuum penitus relinquerunt. In cujus rei testimonium ipsis presentibus paginam sigilli mei munimine roboratam vendi. Actum anno gracie M° CC° XX° secundo mense januarii.

(Cart. de Val Dieu f° 59 r° col 1)

CCXLIII Mun. pres. lit. inspect. Hugo de Corion de. hec littera superius continetur.

CCXLIV Universis presentes litteras inspecturis, ego Robertus de Corion miles, salutem in Domino. Noverint universi quod ego de assensu et voluntate Uvonie uxoris mee et pro amore Dei et pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee, fratrum et sororum meorum et omnium antecessorum meorum contuli et concessi fratribus de Valle Dei unum sextarium bladi annui redditus, habendum et percipiendum ad festum Sancti Remigii vel ad octabas dicti festi annuatim in parro molendino meo de Mesnil videlicet tali bladi quale bladum dictum molendinum lucrabitur in molendo. Dictum sextarium dicti bladi habendum et percipiendum dictis fratribus in puram et perpetuam elemosinam sine contradictione qualibus possidendum libere et quite de omnibus serviciis et rebus aliis ad quoscumque pertinentibus quoquomodo, ut hoc tantum simplicitatis robur obtineat et ne heredes mei contra donationem istam venire valeant in futurum eisdem fratribus dedi presentes litteras sigilli mei munimine roboratas per quas ad hoc heredes meos successive solvi obligavi. Datum anno Domini M° CC° XL° quarto.

(Cart. de Val Dieu fo 59 ro col 1) Bibl. d'Abbeville Mss. 109 fo 59/327 ro)

CCXLV Universis presentes litteras inspecturis Hugo
Dominus de Corion miles salutem in
Domino. Noveritis quod ego pro salute anime
mee et patris mei concessi et confirmavi
quinque solidos annui redditus communis
monete Corbonesi quos pater meus dedit in
perpetuam elemosinam monachis Valleis
Dei Cartusiensis ordinis percipiendos annua
tim in molendino meo de Bruerolles per
manum molendinarii ibidem existentis
et insuper et dedi et concessi eisdem mona
chis in perpetuam elemosinam tam pro
salute animae mee quam parentum meorum
omne campartum quod habebam apud
Chanderon in feodo a la Haiesse tenendum
et habendum dictum campartum eisdem
monachis jure elemosine libere pacifice
et quiete de omnibus rebus, serviciis,
et exactionibus et ceteris omnibus perti-
nentibus mihi et meis heredibus et aliis
quibuscumque. Preterea sciendum est
quod cum dedissem et concessissem eisdem
monachis quum sua dedicata fuit ecclesia
unum sextarium siliginis percipiendum
annuatim in medietaria mea de Sorgia
per manum medietarii qui predictam
medietariam pro tempore teneret et pre
dicti medietarii q de persolvendo
dicto sextario tenebantur predictum termi-
num dictos monachos molestarent. Tan-
dem pro representatione antedicti sex-
tarii tenebantur eisdem monachis tradidi
et concessi quicquid juris habebam
in molendino de Chanderon videli-
cet tricesimam sextam partem mou-
ture ejusdem molendini et de cetero
quicquid habere poteram in eodem
cum omni jure et districtione et
dominio et possessione libere pacifice
et quiete absque ulla reclamatione
mei vel heredum meorum nec et
alicuius et insuper teneor dictam
portionem ejusdem molendini penitus

CCXLV (9) Deservire et erga omnes deliberare ab omnibus in futurum. Nos hec autem tenenda fideliter firmiterque garantizanda in perpetuum contra omnes ego predictus Hugo de Corion obligavi me per presentes litteras quas in hujus rei testimonium et munimen predictis Dei monachis sigillo meo roboratas, per quas volui heredes meos similiter per successum temporis obligari. Datum anno gratie M° C C° sexagesimo quarto mense januario.

(Cart du Val Dieu f° 99 r° col 2)

CCXLVI Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Gordanus Dei gracia Lexoviensis episcopus salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos de assensu et voluntate decani et capituli nostri concessimus et donavimus in puram caritatis Deo et monachis de Valle-Dei Cartusiensis ordinis in pagensi diocesi constitutis decimam modiorum salis in salinis nostris de Chougna annuatim in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli per manum prepositi nostri ejusdem ville apud Lexovium sumpti libris nostris inserendum. Ut hec nostra donatio in posterum plenam obtineat firmitatem ipsam presenti scripto sigilli nostri testimonio duximus confirmandam. Actum anno Domini M°CC° mense junii, apud Lexovium.

(Cart. du Val Dieu f° 60 r° col 1)

CCXLVII Universis Christi fidelibus Guillelmus Dei gratia Lexoviensis episcopus... hic superius habetur.

CCXLVIII Omnibus Christi fidelibus.. Robertus Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus... hic superius habetur.

CCXLIX Frater Odo permissione divina Rothomagensis ecclesie minister indignus universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Noveritis nos anno Domini M° CC° L° Dominica post octabas beatorum apostolorum Petri et Pauli litteras bone memorie Roberti predecessoris nostri non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas prout prima facie apparebat inspexisse apud Dominam Mariam Sagiensi Episcopi sub hac forma. Omnibus Christi fidelibus etc. superius continentur.

(Cart. de Val Dieu f° 60 r° col 1)

CCL Ego, miseratione divina Rothomagensis electus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos divine pietatis intuitu dedisse et concessisse ingrantum possumus in elemosinam ecclesie beate Marie juxta Moreton et fratribus Cartusiensis ordinis ibidem deo famulantibus duo milia allectium percipienda annis singulis apud Departam in prima septimana quadragesime. In cujus rei robur et testimonium ^ subtimus roborandas. Has presentes litteras sigilli nostri munimine. Datum Rothomagi in cathedra Sancti Petri anno Dominii M° CC° XXX° sexto.

(Cart. du Val Dieu f° 60 r° col 1)

CCLI Notum sit omnibus tam presentis quam futuris quod ego magister Gillielmus filius johannis Laurens de Cadomo, hoc superius continetur.

CCCXII Noverint universi presentes et futuri quod ego magister Robertus Gonthenti, scolasticus Constancie nepos et heres bone memorie Gilliami quondam episcopi Constancie ratam habeo et gratam et hac presenti carta confirmo priori et conventui de Valle Dei sagiensis diocesis donationem, elemosinationem et assignationem quam quondam fecit eisdem religiosis et domui ipsorum, predictus Gilliamus episcopus de uno miliari allectium annui redditus in introitu quadragesime in domo quadam et masuda quam ipse habebat in villa de Cadomo supra pontem, que vocatur domus Johannis Ollarii; ita quod dicti religiosi suique successores et eorum procuratores poterunt sine contradictione alicujus de cetero suam plenariam justiciam exercere in predicta masura et domo pro predicto miliario allectium nisi forte ejusmodi infra diem thesaurarii Cenomanum libere et pacifice redderetur. Et hec omnia tenebimus ego et heredes mei in perpetuum dictis religiosis suisque successoribus garantizare, defendere et deliberare contra omnes bona fide. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen presentem cartam sigilli mei munimine roborari et sigillum reverendi patris Johannis Dei gratia episcopi Constancie ad majorem certitudinem et noticiam sigilli mei una cum eodem apponi procurari. Actum est hoc anno gracie M° CC° 4° VIII° mense augusti.

(Cart. du Val Dieu f° 60 r° col 2)

an. 1231 (v. ch. CCLXXI)

Don par Roger de Rupers, et Rodolphe son fils, aux religieux du Val-Dieu, d'une redevance annuelle de mille anguilles, ou soixante pour le salut de leurs âmes et de celles de leurs ancêtres, en présence de Rodolphe prieur du Val St Pierre et de Guillaume, son frère, de Girard de Montfort et de Jean Mounier

CCLIII Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Rogericus de Rupes et Radulphus filius ejus dederunt in elemosinam Deo et beate Marie et habitatoribus Vallis Dei, annuatim mille anguillas sive quingenta allecia et totidem anguillas quod eis bene placuerit pro salute et remedio animarum suarum et antecessorum suorum. Quam rendicionem ne quicumque de posteris suis immutare presumat sigilli sui auctoritate confirmare curaverunt. Testes vero Radulphus prior Vallis Sancti Petri et Willelmus frater ejus; Girardus de Montefort, Johannes Mounerius, et multi alii

(Cart du Val Dieu f° 60 r° col 2)

CCLIV Universis.. Guillelmus de Rupeta. hec superius continetur.

CCLV Universis Guillelmus de Rupeta. superius habetur.

CCLVI Notum sit etc. quod ego Gaufredus comes Forisci etc. hec littera superius continetur de III modiis vini in vineis de Nogento.

CCLVII Notum sit omnibus quod ego Lucia vicecomitissa Bellimontis. hec superius habetur de VII summis vini in provisionibus de Bellimonte.

CCLVIII Universis presentes litteras inspecturis officialis Cenomanensis salutem in Domino. noveritis nos vi. Veneris ante Purificationem beate Marie Virginis anno Domini M° CC° L X° IX° litteras inferius scriptas sigilli bone memorie Lucie quondam vicecomitisse Belli montis et Roberti quondam ejus filii sigillatas prout prima facie apparebat, vidisse in hec verba. Notum sit: cetera sunt habenda.

(Cart de Val Dieu f° 61 r° col 1)

CCLIX Ego Ludovicus comes Blesensis et Carnotensis. hec sup. habetur de duobus modiis vini.

CCLX Ego Elisabeth Carnotensis comitissa, hec superius habetur.

221

CCLXI Ludovicus Dei gratia Francorum rex notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum simus intentionis Protrodus quondam comes Perticensis concessisset in puram et perpetuam elemosinam priori et monachis Vallis Dei Cartusiensis ordinis ad communem servicia faciendum unum hominem apud Malvitamniam libertum et quitum ab omnibus talliis et costumis, nos eumdem hominem prout ipsum hactenus pacifice possederunt eisdem liberalitate regia tenendum concedimus in posterum et habendum. quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Cadom anno Domini m° CC° L° quinto mens. aprili.

(Cart de Val Dieu f° 61 r° col 1)

CCLXII Ugo Ludovicus Blesensis et Claromontensis comes. etc. hec superius habetur. de

CCLXIII G. de Burdum omnibus sancte ecclesie fidelibus salutem. Notum facio presentibus et futuris quod ego dedi Deo et beate Marie et monachis de Vallo - Dei Arnulphum Guiuum et heredem suum liberum et quitum ab omni exercitu et equitatu et tallia et servicio et seculari consuetudine et ab omnibus rebus ad me et ad castellum meum pertinentibus et sciendum quod si predictus Arnulphus eisdem monachis utiliter servire noluerit, et ipsi de eo conquesti fuerint ego alium hominem cum eadem libertate dictis monachis pro illo assignabo. quod ut firmum et ratum perdurabit, presenti scripto et sigilli mei testimonio confirmavi.

(Cart de Val Dieu fo 61 vo col 1 et 2)

CCLXIV Petrus Dei gracia Carnotensis episcopus. Hec superius habetur de hominio nostro apud Pontem Goerii.

CCLXV Reginaldus Dei gracia Carnotensis episcopus. superius habetur de confirmatione hominis nostri apud Pontem Goerii.

CCLXVI Guillelmus Dei gracia episcopus Catholanensis vobis Perticis. Hec superius habetur de uno modo vini apud Nogentum.

CCLXVII Ego Robertus Guerri et Milisendis uxor mea notum facimus omnibus presentem paginam inspecturis quod nos unam peciam terre quam habebamus apud la Sibliere in parochia de Biviers que erat de maritagio dicte Milisendis, que terra adcostat ex una parte alii terre nostre de maritagio ejusdem Milisendis, et ex alia terre Rodulphi Baboin et ad inferius affrontat ex una parte terre Radulphi Berbion et ad superius dicitur per quod itur a Pertico apud Colvetum Peblane, dedimus bonis hominibus de Valle Dei in perpetuam elemosinam liberam et immunem de omnibus rebus ad nos et heredes nostros et ad quoscumque alios pertinentibus ad excambiandam ubicumque voluerint vel ad suam voluntatem quibuscumque modis eis placuerit faciendam et omnia servicia que de dicta pecia terre dominis feodi debebamus, de assensu dicti Radulphi Baboin de quo tenebamus eam in capite in aliam terram nostram quam de eo tenemus penitus conservavimus. Hanc autem elemosinationem tenendam fideliter firmiterque servandam et garantizandam sub dicta forma in perpetuum nos et dictus Radulphus Baboin qui eidem elemosinationi sub dicta forma facte benigne prebuerit assensum et eam ubicumque garantizandam contra omnes homines sicut predictum est firmavimus prestitis corporaliter juramentis et preterea de nos sexdecim libras et dictus Radulphus xl solidos recepimus de bonorum hominum caritate. Ut ne nos et idem Radulphus vel heredes nostri contra predicta venire quod absit valeamus in futurum dictis bonis hominibus presentem dedimus paginam predictorum testimonialem sigillorum nostrorum testimoniis

CCLXVIII(2) roboratam. Actum Dicto, Radulpho Balsoin sigilli sui testimonium ad majorem predictorum confirmationem insuper apponente. Actum anno ab Incarnatione Domini M° CC° XX IIII° mense februario.

(Cart. du Val Dieu f° 62 r° col 1)

CCCXVIII Ego Ludovicus Blesensis et Claromontensis comes omnibus presentibus et futuris notum facio quod pro amore Dei et anime mee et antecessorum meorum remedio laudantibus et concedentibus Katerina uxore mea, Theobaldo filio meo, johanna filia mea, johanne fratre meo et ceteris liberis meis Katerina Ysabella, dedi in perpetuum habere et concessi apud Chanotum monachis de Valle Dei unum servientem ad eorum servicia facienda quitum, librum ab omni exercitu et talia et omni exactione penitus quidem eis assignatum Robertum de Tontanetto et post ejus decessum ego vel heres meus eisdem monachis alium servientem convenientem assignabimus. Actum Incarnati Verbi M° CCC° II mense maio.

(Cart de Val Dieu f° 62 r° col 1)

1197 ? av. 1221 -

Don par Louis comte de Blois et de Clermont aux religieux du Val-Dieu, de deux mesures de vin, à prendre dans son clos de Chartres, au moment des vendanges.

CCCXIX Ego Ludovicus Blesensis et Claromontensis comes, omnibus notum facio quod pro amore Dei et pro remedio anime mee et antecessorum meorum et ad preces et petitiones domine et carissime matris mee Adelaïc Blesensis comitisse Dei, et in perpetuum habere concessi hominibus hominibus de Cartusia apud Vallem-Dei manentibus, duos modios vini in clauso meo de Carnoto juxta clausum domini episcopi Carnotensis sito, in tempore vindemiarum, singulis annis capiendos. Quod ut ratum sit semper et firmum litteris commendari et sigilli mei impressione confirmari. Actum anno incarnati Verbi M°C°X° septimo.

(Cart du Val Dieu f°62 r° col 2) - Grocis rerbaux de la société archéologique de Chartres T. IX p. 355.

Cette charte porte dans le cartulaire la date de 1117. Il est évident qu'il y a une erreur du moine qui au XIII° siècle a fait la copie, puisque Louis comte de Blois succéda à Thibaut V en 1191 et qu'il mourut sous les murs d'Andrinople le 15 avril 1205. Par suite considérant dans la date M°C°X° septimo le mot septimo comme exact puisqu'il est en toutes lettres, il faut nécessairement donner à cette charte la date de 1197.

Don par Elisabeth comtesse de Chartres et Jeanne d'Amboise aux religieux du Val-Dieu d'une mesure de vin à prendre chaque année à l'époque des vendanges, dans son clos sis à Chartres.

CCLXX Ego Isabeth Carnotensis comitissa et Domina Ambazie, omnibus notum facio quod ego pro amore Domini et pro remedio anime mee et antecessorum meorum necnon et pro anniversario bone memorie nobilis Sulpicii Domini Ambazie quondam viri mei karissimi, dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam Karis hominibus de Cartusia apud Vallem Dei manentibus unum modium vini in clauso de Carnoto in tempore vendemiarum singulis annis capiendum juxta clausum Domini episcopi Carnotensis sito, in quo dicti boni homines habent annuatim suos modios vini de elemosina bone memorie karissimi fratris mei Ludovici, quondam comitis Blesensis et Clarimontensis. Quod ut ratum sit semper et firmum litteris commendari et sigilli mei impressione confirmari feci gratie M° CC° vicesimo primo mense maio.

(Cart. du Val-Dieu f° 62 r° col 2. — Procès verbaux de la société archéologique de Chartres T. IX p. 355

CCLXXI Universis ad quos presentes littere pervenerint Willelmus de Rupetia miles salutem. Notum vobis facimus quod cum progenitores nostri dederint in perpetuam elemosinam Deo et beate Marie et monachis Vallis Dei Cartusiensis ordinis et Lugdunensis diocesis pro salute et remedio animarum suarum et antecessorum et successorum suorum quingenta allecia et totidem anguillas singulis annis persolvendas hos donationem istam gratiam habemus pariter et acceptam volentes in Domino quod cum inibitum quadragesime cum predictam elemosinam requisierint illud a nobis quem a nostris heredibus omni contradictione et dilatione postposita persolverint. In cujus rei testimonium presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum anno Domini M° CC° tricesimo primo.

(Cart. du Val Dieu f° 62 r° col 2)

CCLXXII Universis ad quos presentes littere
perveneriint, Gervasius de Vuincent,
salutem. Volum vobis facio quod ego
pro amore Dei et salute anime mee
et primogenitorum meorum dedi et
concessi monachis Vallis Dei unam
petiam terre quam habebam inter
cheminum quod vadit de Booler ad
herbergamentum Sorisei et terram
que fuit Galebois, habendam et per-
hobendam libere quite in puram
elemosinam et perpetuam. Hanc enim
elemosinam tenebor michi et heredibus
garantizare et defendere contra omnes.
Quod ut ratum perseveret sigilli mei
munimine roboravi. Actum anno
gracie M° CC° XXX° III°.

CCLXXIII Notum sit tam presentibus quam futuris, quod ego Willelmus Lebe de voluntate et consensu Lecilie uxoris mee et Ganfridi filii mei et heredum meorum dedi et concessi Deo et monachis de Valle Dei Cartusiensis ordinis in perpetuam elemosinam quandam petiam terre contiguam domui Comelhe ex una parte lab oposito affinitat terre mee et a sextera parte acostat prato Michaeli Lebe; a sinistra prato Roberti Flodie. Hanc vero elemosinam meam teneor eis garantizare. Quod ut ratum sit sigillum meum presenti carte aposui. Nec est silendum quod predicti monachi dederunt mihi VIII libras et dimidium et unum sestarium arene. Ego vero Girardus de Lande dominus feodi ad peticionem ipsorum hanc elemosinationem feci ratam et concessi supradictis monachis quietam et liberam ab omni servicio et presentem cartam sigilli mei testimonio confirmavi. Actum anno gracie M° CC° XXX° II

(Cart du Val Dieu f° 62 r° col 1)

CCLXXIV Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Michael Leduc de voluntate et consensu heredum meorum dedi et concessi deo et monachis de Valle Dei Cartusiensis ordinis in perpetuam elemosinam quandam petiam terre prati que sita est inter illam partem prati quam emerunt de Garino Leduc avo meo et illam quam emerunt de Willelmo Leduc avunculo meo super aquam de Commesche. Hanc vero donationem meam et heredes mei predictis monachis contra omnes garantizare tenemur. Quod incommutabile de cetero permaneat presentem cartam sigilli mei munimine roborari. Nec silendum est quod prefati monachi michi dederunt de karitate sua VIII libras turonenses. Ego vero Girardus de Lalande dominus feodi ad petitionem ipsorum hanc elemosinam fieri volui et concessi supradictis monachis quitam et liberam ab omni servitio et per presentem quartam sigilli mei munimine roborari. Actum anno gratie M° C C° X X X° II.

(Cart. de Val. Dieu f° 62 r° col. 1 et 2)

CCLXXV Universis presentem cartam inspecturis g. Galterius dictus Abbas et conventus Domus Dei de Trappa eternam in Christo salutem. Noveritis quod cum Dominus Philippus de Pulaio omnium Sanctorum de Mauritania canonicus debisset nobis XLa solidos monete currentis in Pertico et Valli Dei XXa annui redditus in meteria Dom Magister quos acquisierunt a Rehoma de Corgende milite et ille redditus solvi debeat nobis integre ab illo qui meteriam tenebit cum solutus fuerit nos tenebimus prefatos XXe solidos reddere Valli-Dei et ne oblivionis possit tradi in posterum dignum duximus presentem cartam sigilli nostri munimine confirmare. Actum anno gracie MO CCO XXXIIO mense februario.

(Cart de Val Dieu fo 52 ro col 2)

Don par Philippe de Brulai, par amour de Dieu et pour la fondation d'un anniversaire à son intention, de vingt sous à prendre sur la métairie de Mafaig qu'il avait acquise de Thomas de Longaudrai, chev.

CCLXXVI Noverint omnes qui presentes viderint quod ego Philippus de Brulario dedi et concessi Deo et conventui Vallis Dei pro amore Dei et ad anniversarium meum faciendum prout debent facere XX li solidos turonenses in medietaria de Mafaig quam acquisivi de domino Thoma de Largaudre milite habendos nomine perpetue elemosine et singulis eisdem persolvendos quod Vallem Dei per manum abbatis et conventus de Capa quorum cartam super hoc . In cujus rei testimonium sigilli mei presentem cartam volui muniri roborari. Datum anno gracie M° CC° XXX°.

(Cart. de Val Dieu f° 62 r° col 2)

CCLXXVII Universis presentes litteras inspecturis Rolentus Joannes omnium Sanctorum de Mauritania et Philippus de Brulario. hec superius habetur.

CCLXXVIII Ego Guillelmus Le Maire et Arnelota uxor mea notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum contentio verteretur inter nos ex una parte et Matheum de Oliveto et Mabiliam la Clarelle ejus uxorem ex altera super hoc quod nos petebamus ab eisdem fraschiam in tota hereditate quam ipsi possidebant; tandem de bonorum virorum consilio inter nos compositum fuit in hunc modum quod ego Guillelmus et dicta Arnelota uxor mea dictis Matheo et Mabilie ejus uxori et eorum mandato quitavimus totam hereditatem quam ipsi possidebant et nos tenemus penitus de fraschia pro pagatis tali modo quo nos possidebimus illud quod possidemus absque reclamatione dictorum Matthei et Arnelote et eorum heredum et ipsi etiam quod possederunt ipsi et eorum mandati absque aliqua reclamatione nostri vel heredum nostrorum in perpetuum possidebunt et sciendum est quod nos adjuravimus eisdem supra sacrosancta quod nos vel heredes nostri in predicta hereditate in qua petebamus fraschiam nichil posthumus de cetero reclamare et pro ista pace et adjuratione nos habuimus ab eisdem XV solidos turonenses in pecunia numerata et ne nos unire contra predicta valeamus in futurum nos eisdem presentes dedimus litteras pro quas obligavimus nos et heredes nostros ad predicta tenenda firmiter et fideliter observanda. Actum anno Domini M° CC° XL° VIII° mense maio.

(Cart de Val Dieu f° 63 r° col 1)

CCLXXIX Universis presentia inspecturis Stephanus Brunens et Heloisia ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum viri religiosi prior et conventus Valeis Dei Cartusiensis ordinis tenerentur deservire per manum nostram acquisitiones hereditatis quas ipsi fecerant a Gaufrido de Ponte a Johanne de Ponte a defuncto Gellano de Ponte fratribus, a defuncto Tburlocher de Sancto Medardo et Blesia defuncta uxore ejus qui erant servientes de burba nobiscum et ipsi monachi tenentur facere tres partes de serviciis dominorum ipsi postea acquisierunt sibi libertatem per emptionem suam a Girardo de Salvo-lupo milite, a defuncta Emmelina La Hayesse a defuncto Rhosselo de Trestula a Hugone de Vilers capitalibus dominis feodalibus nostri tenementi de omnibus serviciis ad ipsos dominos et ad heredes eorum spectantibus et ementi et omne jus et dominium feodale quod ipsi domini habebant et habere poterant in predictum super omne tenementum hereditatis quod nos et dicti monachi habebamus et tenebamus in feodis communum dominorum et illi domini attornaverunt nos dictis monachis et perceperunt nobis ut nos faciamus dictis monachis omnes rectitudines de nostro tenemento sicuti nos facere dictis dominis tenebamus. Predicti vero monachi postea associaverunt nos in dicta libertate quam ipsi acquisierunt a dictis dominis, excepta warassonia quam Girardus Felicon tenet de ipsis et exceptis ensibus quos ipsi habent apud Brolium in parochia de Jenis in quibus nos nichil capiemus; nos siquidem et dicti monachi recepimus me Stephanum dictum Brunens in hominem suum sub tali forma et sub tali libertate quos ipsi voluerunt et

977 (12) cognoverunt quod ego Stephanus et dicta Heloisia uxor mea et heredes nostri successive de ipsis monachis sexta et de suis successoribus tenebimus nostrum dictum tenementum pacifice libere, quiete et absolute de omnibus servitiis de omnibus relevaciis, de omnibus redevanciis, de omnibus exactionibus et de omnibus aliis rebus ad ipsos et ad dictos dominos spectantibus et de quibus dominis ipsi habent libertatem, ita tamen quod nos et nostri heredes faciemus et mittemus quartam partem omnium expensarum, omnium costamentorum, omnium tallearum et omnium rerum per manum eorumdem monachorum qui oportebunt ipsos facere et mittere quibuscumque pro dicta libertate defendenda et garantizanda nobis et ipsis contra omnes quoscumque in futurum, et ipsi tenebuntur garantizare nobis partem nostram dicti libertatis sicuti ipsi poterunt garantizare similiter dictum suum libertatem in dicto suo tenemento. Et sciendum est quod nos de quinque solidis annui reddituis quos ipsi debent annuatim ad nativitatem Sancti Johannis Baptiste Mugoni de Vilers tenebimus facere duos solidos per manum eorumdem et sciendum est quod nos dedimus et solvimus dictis monachis IX libras turonenses pro dicta libertate nobis et nostris heredibus habenda quam nobis concesserunt prout superius est expressum. Preterea sciendum est quod ita fuit compositum inter nos et dictos monachos quod ipsi et sui successores facere tenebuntur et tenentur per manum nostram et heredum nostrorum tres partes omnium serviciorum et omnium rerum ad illos dominos prodi quin contigerunt facienda de quibus dominis ipsi non habent libertatem nisi ipsi interim acquisierint sibi ab illis dominis libertatem et nos faciemus quintam partem dictorum serviciorum et defendemus nos similiter qua bursa illos contra omnes et erga omnes in futurum. Et ut hec omnia que predicta

179(3) sint firma et stabilia inter nos et dictum conventum Vallis Dei permaneant in posterum in hujus rei testimonium et munimen nos predicti Stephanus et Heloisia uxor mea dedimus predictis monachis presentes litteras sigillis nostris confirmatas. Actum anno Dominii M° CC° L X° primo, mense januario.

(Cart de Val Dieu f° 63 r° col 2 r° col 1)

CCLXXX

Universis presentes litteras inspecturis ego Hugo de Vilers notum facio quod ego volui et concessi quo viri religiosi prior et conventus Vallis Dei Cartusiensis ordinis teneant et possideant de cetero in futurum quiete libere de omnibus rebus pertinentibus ad me et heredes meos totum quicquid hereditatis ipsi acquisierunt in meo feodo a quo Stephanus Brunens et uxor ejus totam hereditatem et feodum que de me tenebant cum quadam marineria que sita est in terra eorumdem Stephani et ejus uxoris teneant in capite a dictis viris religiosis priore et conventu de cetero in futurum libere et quiete de omnibus rebus pertinentibus ad me et heredes meos ita quod pro dicta libertate hereditatis et feodi dictorum Stephani et ejus uxoris et dicte acquisitionis facte in meo feodo predicti prior et conventus tenebuntur solvere annuatim mihi et meis heredibus infra octabas nativitatis beati Johannis Baptiste quatuor solidos annui redditus monete currsalis Carbonensis immo pro omnibus. Sciendum est autem quod de predictis quatuor solidis annui redditus predictus Stephanus tenebitur solvere annuatim abbatidictis viris religiosis priori et conventui XII denarios annui redditus infra octabas nativitatis beati Johannis Baptiste per predictum autem redditum ego Hugo et heredes mei tenemur et tenebimur garantire et deservire de omnibus omnia predicta vero omnes eisdem predictis in posterum salvis tamen rationabilibus auxiliis dominorum meorum illius feodi que ipsi prior et conventus facient per manum meam quam contigerint rationabiliter de cetero in futurum. In cujus rei testimonium et confirmationem ego Hugo contuli predictis monachis presentes litteras sigilli mei munimine confirmatas. Actum anno Domini M° CC° LX° sexto mense septembris.

(Cart du Val Dieu f° 63 v° col 2

CCCXXXI Universis presentes litteras inspecturis Hugo de Villers salutem in Domino. Noverit quod cum contentio mota fuisset inter me ex una parte et priorem et fratres Vallis Dei Cartusiensis ordinis ex altera videlicet super hoc quod ipsi prior et fratres dicebant et asserebant quod ego dictus Hugo et mei heredes tenebamur observare ipsos libros et immunes et deliberare in perpetuum de omnibus hereditate et de rebus omnibus quas acquisierunt in feodo de Villers et in feodo Stephani Brunehe et Heloisie uxoris ejus per quatuor solidos annui redditus cursalis monete patrie, quos ipsi prior et fratres et dictus Stephanus pro libertate dictarum acquisitionum et rerum tenebantur reddere mihi et meis heredibus in festo nativitatis Sancti Johannis Baptiste annuatim sine ulla alia redibitione alicui facienda. Tandem virorum prudentium et amicorum nostrorum mediante consilio super omnibus contentionibus inter nos fuit fedum pacis taliter ordinatum videlicet quod ego dictus Hugo recognovit bona fide et quod ego meique heredes in perpetuum tenemur deliberare de omnibus serviciis, tallicis, auxiliis et actionibus et redibenciis quibuscumque predictis priori et fratribus omnes res et omnes acquisitiones quas emerunt seu acquisierunt in feodo de Villers et in feodo Stephani Brunene et uxoris ejus et omnes res et omnes acquisitiones predictas tenemur eisdem garantire et defendere contra omnes et erga omnes dominos de omnibus serviciis et quibuscumque redibenciis et de residentia deservire super nostra alia hereditate quam ego dictus Hugo ad dictam deliberationem et ad dictam garantizationem faciendam ex nunc obligo a quibuscumque gentibus et quibuscumque temporibus eadem mea hereditas sit possessa; ita quod

281(a) ipsos priorem et fratres et dictum Stephanum Brumend et nos heredes per defectum garantizationis seu deliberationis non poterimus dimittere, incurrere in manu aliena, ita tamen quod si predicti prior et fratres vel eorum homines seu successores seu predictus Stephanus et sui heredes per defectum mei predicti Hugonis seu heredum meorum in dicto feodo de Villers et in dictis rebus ipsorum et acquisitionibus predicta aliqua dampna seu deperdita sustinuerint nos per obligationem predictam nostre hereditatis teneamur eadem omnia damnum cessante plenarie restaurare, ita quod pro dicta libertate et pro dicta deliberatione et pro dicta garantizatione dictarum rerum et acquisitionum faciendis in posterum deperditi prior et fratres et predictus Stephanus et sui heredes non recidant in perpetuum mihi predicto Hugoni et meis heredibus predictos quatuor solidos annui reditus in dicto festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste annuatim ut dictum est sine ulla alia redibitione exinde aliqui facienda. Ad hec autem omnia et singula supradicta garantizanda et tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus et predicto Stephano et suis heredibus et successoribus ego predictus Hugo obligo me et meos heredes et successores meos et dictam hereditatem meam per presentes litteras quas eis dari contuli in sigillo meo sigillatas. Actum anno gracie M° CC° LXX° primo mense maii.

(Cart du Val Dieu f° 63 r° col 2 et f° 64 r° col 1)

CCLXXXII Universis presentia inspecturis Guil-
lelmus de Sarrai clericus et Guibulgis
uxor ejus salutem in Domino. Noveritis
quod cum viri religiosi prior et conven-
tus Valeis Dei Cartusiensis ordinis et Ste-
phanus Brunent et Heloisia uxor ejus
et Hugo Pelicon homo dictorum prioris
et conventus tenentur servire bursaliter
cum defuncto Sanxone de Chateleres et
cum suis heredibus de serviciis nostris
et de serviciis dominorum nostrorum
feodi de Chateleres secundum quod ipsi te-
nebant de illo feodo de quo feodo dictus
defunctus Sanxon erat homo nostre
tempore quo decessit, nos postea cum
dictis priore et conventu fecimus talem
convencionem quod nos voluimus et con-
cessimus quod ipsi prior et conventus et
sui successores teneant, habeant et pos-
sideant in perpetuum de cetero pacifice
libere et absolute de omnibus relevis
relevationibus et de omnibus equis ser-
vicii et de omnibus aliis serviciis ad
nos et heredes nostros spectantibus totum
tenementum hereditatis quod ipsi habebant
et tenebant in dicto feodo de Chateleres
et insuper voluimus et concessimus quod
dictus Hugo Pelicon et sui heredes teneant
in capite de dictis fratribus Valeis Dei
de cetero in futurum totum tenemen-
tum hereditatis quod dictus Hugo habe-
bat in dicto feodo nostro de Chateleres
cum alio suo tenemento de Ponte de
quo tenemento dictus Hugo est homo
eorumdem; et voluimus et concessi-
mus quod dicti fratres Valeis Dei
dictum tenementum dicti Hugonis
cum dicto tenemento proprio suo
dicti feodi teneant et possideant in
futurum libere de omnibus ad nos
et heredes nostros spectantibus prout

282(2) superius est notatum; qat scien-
dum est quod de serviciis aliorum
dominorum illius feodi de Chatelers
quin contigerint facienda de jure ipsi
facere tenebuntur secundum quod te-
nebunt et pro dicta libertate a nobis
eis concessa ipsi debebunt nobis de
caritate sua lx^a solidos turonen-
ses. In cujus rei testimonium et mu-
nimen nos confirmatas per quas ad teren
dum fideliter et garantizandum eisdem
volumus nos et nostros heredes
obligari. Datum anno Domini
m° ccc° lx° quarto mense junio.

(Cart du Val Dieu f° 64 r° col 1 et 2.

CCCLXXXIII Universis etc. archidiaconus Corbonen
sis etc. Noverint universi quod cum
contentio verteretur coram nobis
inter Thomam Tulcheri ex una parte
et Robertum Le Jugleor ex altera.
Hec littera inutile invidetur.

CC LXXXIV Universis presentes litteras inspecturis Bartholomeus dictus de Parris salutem in Domino. Noveritis quod cum ego viderem priori et fratribus Vallis Dei Cartusiensis ordinis VII solidos annui redditus in festo Sancti Remigii annuatim pro parte mea cujusdam prati quod situm est juxta domum de Villete post-hebergamentum Gileberti de Puon et Margarete ejus uxoris, quod hebergamentum vocatur Lesclose quod pratum ego Bartholomeus tenebam de retam dictam de dictis priore et fratribus pro dictis VII solidis annui redditus michi predicto Bartholomeo quitaverunt et penitus dimiserunt ita quod ego dictus Bartholomeus omnem vicariam meam et omne jus quod ego in dicto prato habebam et habere poteram quitavi penitus et dimisi ipsis priori et fratribus sine reclamatione mei vel heredum meorum perhenniter remanendum; ego predictus Bartholomeus super sacrosancta juravi quod in dicto prato quod quitavi michil de cetero reclamabo nec faciam per aliquem reclamari; immo ad hanc quitationem fideliter observandam et ad hec omnia promissa tenenda firmiter in perpetuum predictis priori et fratribus ac eorumdem successoribus ego predictus Bartholomeus obligo me et meos heredes per presentes litteras quas eisdem concessi in sigillo meo sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° tercio.

(Cart du Val Dieu f° 64 r° col 2 r° col 1)

CCLXXXV. Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus dictus Escollel et Agnes ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod cum prior et fratres Valeis Dei Cartusiensis ordinis emerint et acquisierint jamdudum in nostro feodo sito in parochia Sancti Medardi de Regnon movente ex me Agnete quamdam plateam et quamdam petiam terre de Huberto Guillin et quamdam petiam terre D. Colino Chenel et ejus matre, que platea sita est in villa Sancti Medardi inter Jonnum Agneti Turgonis Henrit et Jonnum Agneti Jolhannis Sterre et dicta prima petia terre sita est juxta cheminum per quod itur de Sancto Medardo ad molendinum de Corgaudre et altera petia terre sita est juxta cheminum per quod itur de Sancto Medardo ad Corgaudre et abolat cruci Buxate Sancti Medardi et cum nos predicti Guillelmus et Agnes peteremus campartagium in dictis duabus petiis terre sitis in feodo nostro et petebamus in dicta platea residentiam et justiciam et redibitiones alias nobis fieri debendum predicti Guillelmus et Agnes de communi nostro assensu et voluntate Colini dicti Le Normant clerici filii nostri Agnetis vendidimus quitavimus et perhibitus dimisimus priori et fratribus Vallis Dei predictis pro XX et VII solidis turonensibus quos integre habuimus et de quibus nos tenebamus pro pagatis campartagium quod nos petebamus in dictis duabus petiis terre et residentiam et omnemoda jura et justiciam quod nos petebamus in dicta platea dictis priori et fratribus sine reclamatione nostri et heredum nostrorum hereditarie et perhenniter remanendum et super sacrosancta juravimus quod in dictis duabus petiis terre et in dicta platea et in dicto campartagio nichil de cetero reclamabimus nec faciemus per aliquem reclamari quod nos transtulimus per

2851a) traditionem presentis instrumenti in ipsos priorem et fratres emptores omne jus et dominium, proprietatem et districtum et omnia que nos in dictis malus petiis terre et in dicta platea habebamus et habere poteramus quacumque ratione sive causa. Quare omnia promissa tenenda firmiter in perpetuum in dicta forma predictis priori et fratribus ego predictus Guillelmus et ego Agnes ejus uxor obligamus nos et nostros heredes per presentes litteras quas eisdem contradimus in sigillis nostris sigillatas quibus litteris ego Colinus filius dicte Agnetis clericus spontaneum non coactus sigillum meum apposui in concessione hujus rei astringens me fide corporali prestita que in dictis bonis quitatis et venditis nichil de cetero reclamabo. Actum anno Domini M° CC° LXX° tertio mense Decembris.

(Cart. du Val Dieu f° 64 r° col. 1 et 2

